Porphyrio in alkool redigatur cum aquâ ſtillatitiâ hyſſopi. Sicca & ſerva.

HYDRARGYRI PURIFICATIO,
SIVE REVIVIFICATIO EX CINNABARI.

℞. Cinnabaris factitiæ pulveratæ,
Limaturæ Ferri non rubiginoſæ, ana quantùm volueris.

Miſceantur ſedulò & mittantur in Retortam ferream, vel vitream loricatam, cujus tertia pars remaneat vacua. Hanc impone Balneo arenæ: adapta Receptaculum. Deſtillationem inſtitue, ignem gradatim augendo, donec, Retortâ intensè candefactâ, nihil ampliùs tranſeat mercurii.

PURIFICATIO GUMMI AMMONIACI.

℞. Gummi Ammoniaci, . . quantùm volueris.
Solve igne leni in
Vini albi, ... quantitate ſufficienti.

Solutionem lacteſcentem pluriès cola per linteum rarum, fortiter exprimendo. Colatura vaporet Balneo Maris ad extracti conſiſtentiam.

Simili modo præparentur.

Galbanum,
Sagapenum,
Opoponax,
Bdellium,
Euphorbium.

Nota. Rectiùs ad uſus internos adhibentur horum Gummi lachrymæ puriores, quæ nullâ egent præparatione.

PURGATIO STYRACIS.

℞. Styracis liquidæ, . . . quantùm volueris.
Per ſetaceum trajiciatur.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 166 sur 489

ESULÆ PRÆPARATIO.

℞. Corticis medii radicis Esulæ, . . quantùm volueris; Macera in
Aceto forti per viginti quatuor horas. Exime & sicca.

Simili modo parabuntur

Radices Ari,
Hellebori utriusque;
tum Folia Laureolæ

PRÆPARATIO CANTHARIDUM.

℞. Cantharides, ... quot volueris. Acerrimi Aceti vapore suffoca in nodulo suspensas. Tum exsicca, & in fictili reconde.

MILLEPEDUM PRÆPARATIO.

℞. Asellos sylvestres vivos coloris argentei; quot volueris. Vino albo ablue. Exsicca, & serva.

PRÆPARATIO LUMBRICORUM.

℞. Lumbricos terrestres floridos, . . . quot volueris. Mitte in ollam fictilem, ut terram eructent: tum aquâ ablue. Rejectâ aquâ cum vino albo iterùm ablue, & illicò Balneo Maris exsicca; siccos in vase vitreo accuratè clauso serva.

PRÆPARATIO ADIPUM.

℞. Adipis cujusvis recentis, . . quantùm volueris. Fibras & venulas exime. Concide minutim, & in mortario marmoreo quassa. Elue multoties ex aquâ purâ. Balneo Maris liqua. Cola & reconde.

Simili modo parabuntur

Medullæ.

Nota usûs tempore ejusmodi præparationes fieri debere.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 167 sur 489

TEREBINTHINÆ LOTIO.

℞. Terebinthinæ Venetæ, . . . uncias duas.
Mitte in
Aquæ Roſarum, ... uncias ſex.
Agita ſpathâ, & exime. Semel & iterùm idem repete, aquâ renovatâ.

TEREBINTHINÆ COCTIO.

℞. Terebinthinæ, ... uncias duas.
Coque ex
Aquæ communis, . . ſufficienti quantitate, ad Colophoniæ duritiem. Exime, & ſerva.

Simili modo parabuntur, ſive per lotionem, ſive per coctionem

Terebinthina Chia, & pro neceſſitate; alii Succi balſamici reſinoſi liquidi.

SUCCORUM DEFŒCATIO.

℞. Herbarum recentium, florum aut fructuum, ... quantùm volueris.
Contunde in mortario marmoreo, piſtillo ligneo; vel abrade pro rei naturâ. Linteo forti include. Prælo exprime: Succum ſinito reſidere; limpidum decanta, vel trajice per Manicam.

Nota primò ſuccos, qui clarifieri, vel coqui debent cum ſaccharo vel melle, aut admiſceri unguentis, vel emplaſtris, defœcatione non indigere.

Secundò, ſuccos vinoſos Soli exponendos, ut fermentatione clareant.

Tertiò, plantis minùs ſucculentis ferventem aquam addendam eſſe; viſcoſis ignem moderatum eſſe neceſſarium.

Quartò, delectum habendum eſſe vaſorum; ſucci enim, præſertim acidi, in vaſis æneis, vel ferreis colorem mutant & indolem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 168 sur 489

Quintò, ſuccos defœcatos ſervari debere in vaſis vitreis colli longioris, ſuperaffuſo oleo olivarum.

PRÆPARATIO CATECHU.

℞. Catechu ſelecti & contriti, . . . quantùm volueris.
Aquæ calentis, . . . quantitatem ſufficientem.

Infunde per aliquot horas ad perfectam ſolutionem. Cola per ſetaceum. Colatura, per reſidentiam defœcata, vaporet ad ſiccitatem Balneo Maris.

PRÆPARATIO SERI LACTIS.

℞. Lactis vaccini vel alteriûs animalis, libras quatuor.
Mitte in vas figulinum. Admiſce

Coaguli vitulini aquæ tantillo perfectè ſoluti, ... ſemi drachmam.

Vas, diligenter linteis coopertum, colloca ſupra cineres calidos per aliquot horas, donec lac densè coierit. Serum decanta, & coagulum impone craticulæ vimineæ, ut ſerum uberiùs extillet, tum Serum omne per linteum ſemel & iterùm trajice.

CLARIFICATIO SERI LACTIS.

Serum Lactis, ut ſuprà paratum, turbidum adhuc & albicans, agitetur cum ovi albumine: Bulliat, & inter ebullitionem inſpergantur

Cremoris Tartari, ... grana octo pro ſingulis Seri libris. Fiat colatura, quæ quidem, ſi non ſit perfectè limpida, per chartam bibulam (penitùs refrigerata) trajiciatur.

PRÆPARATIO SERI LACTIS EXTEMPORANEA.

℞. Lactis vaccini vel alteriûs animalis, . . libras duas.
Bulliant in vaſe idoneo, & tunc adde

Cremoris Tartari pulverati, . . . drachmam unam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 169 sur 489

Lac coagulatum cola. Colaturam clarifica cum ovi albumine, & per chartam emporeticam trajice.

EXTRACTIO MUCAGINUM, EX TEMPORE PARANDA.

℞. Seminis Pſyllii, ... libram unam.
Aquæ tepentis, ... libras ſex.

Macera per viginti quatuor horas ſupra cineres calidos, identidem agitando ſpathâ ligneâ; donec aqua paulò plus lenteſcat quàm albumen ovi. Tum trajice per linteum, & fortiter exprime.

Simili modo extrahuntur

Mucagines Lini,
Fœnugræci,
Cydoniorum,
Gummi Tragacanthi,

tum aliorum ſeminum, fructuum, & radicis Althææ, ſectæ priùs & elixatæ.

SIMPLICIUM

PULVERATIO ET LÆVIGATIO.

PRÆPARATIO LIMATURÆ FERRI.

℞. Limaturæ ferri ſplendentis, nitidæ, & à ſordibus purgatæ, ... quantùm volueris. ſupra porphyritem ſine aquâ lævigetur, donec redigatur in alkool.

PRÆPARATIO OCULORUM CANCRORUM.

℞. Lapidum Cancrorum genuinorum, quantùm volueris. Aquâ fluviatili calente pluriès in die renovatâ ablue; idque per plures dies repete, donec ferè nullus in eis deprehendatur odor.

Exſiccatos tere ſubtiliſſimè in mortario ferreo vel marmoreo. Poſthac ſupra porphyritem agita, inſtillando identidem aquam communem, uſque dùm in pultem tenuiſſimam lævigentur. Effinge Trochiſcos in umbrâ ſiccandos.

Simili modo præparabuntur
Teſtacea,
Coralla.

PRÆPARATIO MARGARITARUM.

℞. Margaritarum Orientalium, . . . quantùm volueris. Aquâ fluviatili calente ſemel, aut iterùm ablue, Exſicca. Tere, & ſupra porphyritem læviga.

Simili modo præparatur.
Succinum.

PRÆPARATIO

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 171 sur 489

PRÆPARATIO FRAGMENTORUM LAPIDUM PRETIOSORUM.

Fragmenta pretiosa aquâ ablue. In mortario ferreo, non verò æneo, pistillo ferreo, in pulverem crassiusculum comminue; super chartam pulverem expande, & Magnetis ope ferri particulas inter pulverationem abrasas extrahe. Tum supra porphyritem in pollinem redige, & Trochiscos effinge.

PRÆPARATIO PUTAMINUM OVORUM.

℞. Putaminum Ovorum, . . . quantùm volueris. Cum aquâ primùm leviter & diu conquassa : deinde aquâ plurimâ ferventi multoties elue; ita ut omnes membranulæ aquæ innatantes cum aquâ decantentur, remanentibus in fundo solis putaminibus, quæ siccata in mortario marmoreo pulverentur, dein super porphyritem lævigentur, & in Trochiscos formentur.

PRÆPARATIO ANTIMONII.

℞. Antimonii Hungarici in mortario ferreo pulverati, ... quantùm volueris. Supra porphyritem leviga; dein cum aquâ multâ permisce & agita. Aquam, cum turbida fuerit, decanta, & in vase idoneo repone. Superstiti materiæ iterùm aquam affunde, tere, & aquam turbidam super priorem effunde; idque toties repete, donec totam materiam alkoolisatam exhauseris. Tum aquam omnem effusam decanta, & Antimonium in fundo vasis remanens, exsicca & serva.

Simili modo præparentur.

Cinnabaris,
Magnes,
Lapis Hæmatites.

PRÆPARATIO LITHARGYRI.

Lithargyrum pulveratum, cum aquâ plurimâ tere in mortario ferreo. De reliquo ad lotionem procede ut in præparatione Antimonii.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 172 sur 489

Simili modo præparentur.

Boli,
Calces,
Cretæ,
Margæ.

PULVERATIO CORNU CERVI.

℞. Cornu Cervi integri, . . . quantùm volueris. Scobinâ derade. Scobem tere in mortario. Trajice per ſericeum. Pollinem ſerva.

Simili modo pulverantur.

Ebur,
Pes Alcis.

PRÆPARATIO CORNU CERVI PHILOSOPHICA.

℞. Apices Cornu Cervi, ... quot volueris. Mitte in vas idoneum. Affunde
Aquæ communis . . . . quantitatem ſufficientem.
Vaſe ritè obturato bulliant, donec exterior pellicula ſcalpello facilè detrahatur, tum medulla quoque extrahatur. Quibus demptis, apices ſicca.

FŒCULA BRYONIÆ.

℞. Radicis Bryoniæ recentis, . . . quantùm volueris. Quaſſa in mortario marmoreo. Excipe ſacco cannabino. Prælo exprime. Succus in vaſe vitreo reponatur. Paulatim ſubſidet, amyli inſtar, fœcula, decantato liquore, in umbrâ exſiccanda.

Simili modo parantur

Fœculæ Ari,
Ireos, &c.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 173 sur 489

SIMPLICIUM USTIO.

ALUMEN USTUM.

℞. Aluminis crudi, ... quantùm volueris. Mitte in patinam ferream vel fictilem non vitratam. Igne nudo calcina.

PLUMBI CALCINATIO, UNDE CALX PLUMBI.

℞. Plumbi crudi, ... libram unam. Inde patellæ terreæ non vitratæ. Patellam pone ſuper carbonibus accenſis, ut plumbum liquefiat. Rudiculâ agita, abibit in pulverem ſubnigrum, & erit plumbum uſtum. Si continuetur ignis, pulvis evadet flavus.

SPONGIÆ USTIO.

℞. Spongiæ nondùm in uſum vocatæ, in clibano exſiccatæ, & ab arenulis repurgatæ . . . . quantùm volueris.

Crema igne aperto per horam in ollâ fictili coopertâ non vitratâ. Pulvera, & ſerva.

Non abſimili modo uri poſſunt

Pili Leporis,
Pila marina,
Hirundines,
Bufones,
Cancri fluviatiles,
Talpæ,
Erinacei,
Limaces.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 174 sur 489

SPODIUM, SIVE EBUR AD ALBEDINEM CALCINATUM.

℞. Eboris fruſtula, ... quot volueris. Mitte in ollam fictilem non vitratam. Combure ad albedinem igne reverberii. Tere in mortario marmoreo, & ſuper porphyritem læviga, inſtillando aquam, & inde formentur Trochiſci.

Simili modo paratur

Cornu Cervi,
& alia animalium Oſſa.

PRÆPARATIO LAPIDIS CALAMINARIS.

℞. Lapidis Calaminaris electi, . . . quantùm volueris. Candeſcat in crucibulo. Aquâ communi extingue. Semel atque iterùm id repete. Poſthac ſupra porphyritem leviga cum aquâ.

Simili modo parari poteſt

Lapis Judaïcus,
Armenus,
Lyncis vel Belemnites,
Tuthia,
Pumex,
Cryſtallus.
Silex.

TORREFACTIO RHEI.

℞. Rhei electi pulverati, ... quantùm volueris. Mitte in patinam argenteam vel ferream. Impone igni moderato, continuò ſpathâ movendo, donec fuſcum colorem acquiſiverit. Serva ad uſum.

Simili modo torrefiunt.

Myrobalani, &c.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 175 sur 489

COCTIO SCYLLÆ.

℞. Scyllas recentes, ablatis corticulis exterioribus & radicibus, ... quot volueris. Singulas, farinâ, aquâ ſubactâ involve, deinde in clibano coquantur, donec feſtucâ penetrari poſſint. Tum ſingularum ſquammæ cruſtâ nudatæ, demptis membranulis, pinſentur, & per ſetaceum trajiciantur.

SCYLLÆ EXSICCATIO.

℞. Squammas Scyllæ, eas nempè quæ mediæ ſunt corticem inter & meditullium. Filo trajice à ſe invicem diſcretas. Tum Soli ardentiſſimo, vel in Hypocauſto, per tres dies exſiccentur.

DECREPITATIO SALIS.

℞. Salis marini, ... quantùm volueris. Projice per vices in ollam fictilem non vitratam, candentem, vaſe cooperto. Fiat Decrepitatio.

SPONGIA PRÆPARATA.

℞. Spongiæ ſubſtantiæ tenuis, vulgò *Eponge fine*, exſiccatæ, & ab arenulis repurgatæ, quantùm volueris. Ceræ flavæ liquefactæ immerge, & prælo fortiter exprime. Frigefactam exime.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 176 sur 489

COMPOSITIONES GALENICÆ.

DECOCTA PRO POTU.

DECOCTUM HORDEI.

℞. Hordei integri, leviter linteo duriore confricti & aquâ calidâ loti, ... uncias duas.
Coque ad Hordei crepaturam in
Aquæ communis, ... ſufficienti quantitate
ad . . . . . libras octo.
Decanta.

PTISANA COMMUNIS.

℞. Hordei confricti & aquâ calidâ loti, uncias duas.
Radicis Graminis purgatæ & obtritæ, . . unciam unam.
Coque in
Aquæ communis . . . . . ſufficienti quantitate
ad . . . . . libras octo.
ſub finem adde
Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ, ... ſemi unciam.
Quâ injectâ, ſtatim vas remove ab igne. Decoctum refrigeratum cola.

DECOCTUM PECTORALE.

℞. Orizæ mundatæ & lotæ, ... unciam unam.
Coque ad Orizæ crepaturam in
Aquæ communis, ... ſufficienti quantitate.
ad . . . . . libras octo.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 177 sur 489

Decoctum fervens remove ab igne. Infunde illicò per horæ quadrantem.

Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ, . . .
Radicis Althææ, à meditullio ligneo repurgatæ, ... } ana ſemi unciam.
Foliorum Capillorum Veneris Canadenſium, ... drachmas duas.
Florum Papaveris Rhœados, . . . drachmam unam.
Tuſſilaginis, ... drachmas duas.

Decanta.

DECOCTUM APERIENS.

℞. Radicum Graminis, ...
Fragariæ, ...
Taraxaci, ...
Oxalidis. . . . . } ana ſemi unciam.

Coque in
Aquæ communis, ... libris quinque
ad . . . . . libras quatuor.
ſub finem adde
Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ, . . . drachmas duas.
Decanta, & diſſolve
Nitri depurati, ... drachmam unam.

DECOCTUM RUBRUM APERIENS.

℞. Radicum Fragariæ, ...
Taraxaci, ...
Eryngii, ...
Oxalidis, ...
Chicorii ſylveſtris, . .
Rubiæ Tinctorum, . . } ana ſemi unciam.

Bulliant in
Aquæ communis, ... libris decem
ad . . . . . libras octo.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 178 sur 489

Tunc adde

Foliorum Borraginis, ... }
Bugloſſi, ... }
Scolopendrii, ... } ana unciam unam.
Agrimonii, ... }
Urticæ albæ, ... }

Remove ab igne, infunde per horæ quadrantem. Decanta.

DECOCTUM ASTRINGENS.

℞. Raſuræ Cornu Cervi, . . . }
Eboris, . . . } ana ſemi unciam.

Coque per horam in vaſe clauſo cum

Aquæ communis, . . ſufficienti quantitate.

Tum adde

Orizæ lotæ, ... drachmas tres.

Radicum ſiccatarum & contuſarum,

Tormentillæ, . . }
Biſtortæ, . . . } ana drachmam unam.

Bulliant iterùm per horæ quadrantem, ita ut coctione peractâ, ſuperſint, ... libræ quatuor.

Tunc infunde

Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ, . . . drachmam unam.

Cola.

DECOCTUM ALBUM.

℞. Cornu Cervi ad albedinem calcinati, & ſupra porphyritem lævigati, ... ſemi unciam.
Micæ panis albiſſimi, ... uncias duas.

Coque leviter in

Aquæ communis, ... libris ſex.

Cola & edulca

Sacchari albiſſimi, . . . quantitate ſufficienti.

Adde ſi libuerit

Aquæ Naphæ vel
Cinnamomi, ... drachmas duas.

DECOCTUM

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 179 sur 489

DECOCTUM SUDORIFERUM.

℞. Ligni ſancti in ſcobem redacti, unciam unam & ſemis.
Radicum Chinæ per taleolas inciſæ, ... }
Salſæparillæ minutim ſectæ, ... } ana uncias duas.

Macera calidè in vaſe terreo vitrato clauſo per viginti quatuor horas in
Aquæ communis, ... libris octo.
Dein coque ad . . . . . libras ſex.
Sub finem adde
Raſuræ Ligni Saſſafras, ... drachmas tres.
Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ, . . . ſemi unciam.
Cola.

DECOCTUM ANTI-VENEREUM LAXANS.

℞. Raſuræ Ligni Guaiaci, . . }
Radicis Salſæparillæ minutim ſectæ, ... } ana unciam unam.
Chinæ per taleolas inciſæ, ... }
Polypodii Querni contuſi . . . . uncias duas.
Foliorum Orientalium, ... ſemi unciam.
Rhei electi craſſiuſculè contuſi, . . . drachmas duas.
Salis Tartari, ... ſemi drachmam.

Macerentur per viginti quatuor horas in
Aquæ communis, ... libris octo.
in vaſe terreo vitrato.
Deinde ſuſpenſis in medio liquore
Antimonii craſſiuſculè triti; & in nodulo incluſi . . . . . unciis quatuor.
Bulliant omnia, & coquantur ad quartæ partis diminutionem. Sub finem infunde

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 180 sur 489

Raſuræ Ligni Saſſafras . . . }
Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ . . } ana ſemi unciam.
Seminis Coriandri, ... drachmas duas.

Decoctum refrigeratum per inclinationem effundatur & ſervetur ad uſum.

DECOCTUM AMARUM.

℞. Radicis Gentianæ in taleolas ſectæ, drachmas duas.
Bulliant per horæ ſemi quadrantem in
Aquæ communis, ... libris quatuor.
Tum adde
Summitatum Centaurii minoris. . }
Cardui benedicti, . . }
Scordii ſiccatarum, . } ana drachmas duas.
Flavedinis Corticum Citrei, recentis, ... }

Vaſe ab igne remoto & cooperto, infundantur donec refrigeſcant. Decanta.

DECOCTUM ANTI-SCORBUTICUM.

℞. Radicum Bardanæ, . . . }
Oxylapathi, . . } ana unciam unam.

Coquantur in
Aquæ communis, ... libris quinque.
ad . . . . . libras quatuor.
Tum decocto ab igne ſemoto adde
Radicis Raphani ruſticani minutim conciſæ, . . .
. . . . . unciam unam.
Foliorum recentium inciſorum
Becabungæ, . }
Barbareæ, . . }
Cochleariæ, . } ana unciam unam.
Naſturtii aquatici, }
Trifolii fibrini, . }

Vas, quod faventinum fortius èſſe debet, accuratè obture-

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 181 sur 489

tur, donec liquor prorsùs refrigeratus sit. Percolato liquori affundatur

Succus Mali citrei unius, & idem Malum citreum frustulatim sectum in Decocto immergatur. Serva ad usum.

DECOCTUM FEBRIFUGUM.

℞. Corticis Peruviani crassiusculè triti, . unciam unam.
Nitri depurati, . . . semi drachmam.
Salis Absinthii Tachenii methodo præparati, ... scrupulum unum.

Bulliant in

Aquæ communis, ... libris tribus ad tertiæ partis consumptionem. Decoctum adhuc fervidum cola.

DECOCTUM AROMATICUM PRO FOTU.

℞. Summitatum Rorismarini, . .
Rutæ, . . .
Salviæ, . . .
Hyssopi, . . .
Lavandulæ, . .
Absinthii, . .
Origani, . .
Thymi, . . . } ana drachmas duas.
Foliorum Lauri, ...
Florum Rosarum rubrarum, .
Chamæmeli, . . .
Meliloti, ...
Sambuci, ...
Salis Ammoniaci, ...
Aquæ communis ferventis, . . . libras quinque.

Bulliant leviter vase accuratè clauso. Cola & serva.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 182 sur 489

DECOCTA PRO CLYSTERIBUS.

DECOCTUM EMOLLIENS.

℞. Foliorum Betæ,
Malvæ,
Althææ,
Mercurialis,
Violarum,
Senecionis,
Verbaſci,
Acanthi,
Parietariæ;
Seminum lini,
Bulborum Liliorum,

Ex his ſpeciebus tres vel quatuor magis obvias elige, cujuſque, ... unciam unam.

Coque in

Aquæ communis, ... ſufficienti quantitate pro uno Clyſtere.

DECOCTUM CARMINATIVUM.

℞. Decocti Emollientis, . . quantitatem ſufficientem pro uno Clyſtere,

Seminum Fœniculi, . . . } ana drachmam unam.
Aniſi, ... }
Anehti, ... ſemi drachmam.
Florum Chamæmeli, ... } ana drachmam unam.
Meliloti, ... }

Coque ſecundum artem, & cola.

DECOCTUM DETERGENS.

℞. Hordei integri, ... uncias duas.
Coque ad crepaturam in
Aquæ communis, ... ſufficienti quantitate

Adde
Furfuris macri, ... ſemi unciam.
Foliorum Agrimonii recentium, . . unciam unam.
vel ſiccatorum, . . drachmas duas.

Leviter bulliant. Cola pro uno Clyſtere.

DECOCTUM ASTRINGENS.

℞. Foliorum recentium Argentinæ, . .
Plantaginis, . . } ana unciam
Burſæ Paſtoris, } unam.
Centinodiæ, . .

vel eorumdem ſiccatorum, ... drachmas duas.
Coque leviter in
Aquæ communis, ... ſufficienti quantitate
pro uno Clyſtere. Cola.

DECOCTUM REFRIGERANS.

℞. Radicis Nymphææ in taleolas ſectæ, . ſemi unciam.
Foliorum Lactucæ, . . .
Portulacæ, . . . } ana unciam unam.
Endiviæ, . . .

Coque in
Aquæ communis, ... ſufficienti quantitate
pro uno Clyſtere. Cola.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 184 sur 489

VINA MEDICATA.

VINUM ABSINTHITES.

℞. Summitatum floridarum ſiccarum Abſinthii utriuſque mundatarum & inciſarum, . . . ana libras quatuor.

Immitte in doliolum centum librarum capax.

Impleatur doliolum muſto recenter expreſſo. Repone in cellâ vinariâ ad fermentationem. Hâc peractâ liquorem decapula, & in vaſis diligenter obturatis ſerva.

Simili modo parari poſſunt
Alia Vina Medicata ex Vegetabilibus.

VINUM ABSINTHITES QUOVIS TEMPORE PARABILE.

℞. Foliorum exſiccatorum utriuſque Abſinthii, ... ana drachmas ſex.

Affunde

Vini albi, ... libras quatuor.

Macera frigidè in matratio per viginti quatuor horas. Cola cum expreſſione, & filtra.

VINUM ENULATUM.

℞. Radicis Enulæ campanæ ſiccæ & craſſiuſculè tritæ, ... unciam unam.

Vini albi, ... libras duas.

Infunde per aliquot dies, identidem agitando. Serva cum fœcibus.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 185 sur 489

VINUM FEBRIFUGUM.

℞. Corticis Peruviani pulverati, . . . uncias duas.
Vini rubri generoſi, ... libras tres.

Macerentur ſaltem per hebdomadam in vaſe vitreo ritè obturato, vas identidem agitando. Filtretur liquor usûs tempore.

VINUM ANTI-SCORBUTICUM.

℞. Radicum recentium & minutim conciſarum
Raphani ruſticani, . . uncias duodecim.
Bardanæ, ... uncias quinque.
Foliorum recentium Cochleariæ, . .
Naſturtii aquatici,
Becabungæ, . .
Fumariæ, . . . } ana uncias ſex.
Seminis Sinapi, ... uncias ſex.
Salis ammoniaci pulverati, ... uncias tres.
Vini albi, ... libras vigenti quatuor.

Herbæ contundendæ ſunt in mortario marmoreo. Terendum eſt etiam ſemen Sinapi cum aliquantulâ vini parte. Omnia deinde miſceantur cum vino in cucurbitâ vitreâ ritè obturatâ, & digerantur per duodecim horas ſupra cineres calidos. Coletur liquor cum expreſſione, & ſervetur in lagenis rectè obturatis.

VINUM SCYLLITICUM.

℞. Scyllæ ſiccatæ minutim conciſæ, . unciam unam.
Infunde per duodecim horas balneo maris, in Vini Hiſpanici librâ unâ, donec liquor rubeſcat. Coletur per Chartam bibulam.

VINUM CHALYBEATUM.

℞. Limaturæ ferri nullomodo rubiginoſi, unciam unam.
Vini albi generoſi, ... libras duas.

Digerantur ſimul, in loco calido, in vaſe vitreo ſatis capaci, per quinque ſexve dies ſæpiùs agitando. Dein requieſcant viginti quatuor horis. Supernatans Vinum filtretur. Et vaſe clauſo ſervetur ad uſum.

VINUM EMETICUM.

℞. Croci Metallorum craſſiuſculè triti, . uncias quatuor.
Vini albi optimi, ... libras duas.

Infunde, & ſerva.

VINUM AROMATICUM PRO FOTU.

℞. Species Decocti Aromatici ſuperiùs deſcriptas.
Infunde per aliquot dies in
Vini rubri generoſi, ... libris quinque.

Cola.

VINUM ASTRINGENS PRO FOTU.

℞. Florum Roſarum rubrarum,
Corticum granatorum, . .
Balauſtiorum, ...
Fructuum Sumach, . . . } ana drachmas duas.
Aluminis rupei pulverati, . . drachmam unam.
Vini rubri, ... libras duas.

Inciſis incidendis, digerantur ſimul in loco calido per tres quatuorve dies, vaſe clauſo. Cola cum expreſſione, & adde

Aquæ vulnerariæ, ... uncias tres.

Filtra.

ACETA

ACETA MEDICATA.

ACETUM ROSACEUM.

℞. Rosarum rubrarum semi expansarum, sereno tempore collectarum, & demptis calicibus, per triduum in umbrâ exsiccatarum, ... semi libram.
Aceti optimi, ... libras octo.
Insolentur per dies quindecim in vase vitreo ritè obturato. Acetum cola, exprime fortiter, filtra & serva.

Simili modo parentur.

Aceta florum Calendulæ,
Caryophyllorum,
Rorismarini,
Salviæ,
Sambuci,
Dracunculi hortensis.

ACETUM SCYLLITICUM.

℞. Squammarum Scyllæ albæ, earum nempe, quæ sunt corticem inter & meditullium, filo trajectarum & siccatarum, ... uncias octo.
Contundantur pistillo ligneo. Mittantur in lagenam, superaffusis
Aceti optimi, ... libris sex.
Vas ritè obturatum expone æstivo tempore radiis solaribus per quadraginta dies. Posthac cola. Prælo exprime, Acetumque à fœcibus residendo expurgatum serva.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 188 sur 489

ACETUM THERIACALE.

℞. Specierum Aquæ Theriacalis in hoc Codice deſcriptæ, ... uncias octo.

Fiat maceratio in loco calido, vel inſolatio per menſem in

Aceti optimi, ... libris octo.

Cola & exprime fortiter. In liquore expreſſo ſolve

Theriacæ, ... uncias octo.

Macera per menſem in loco calido. Cola iterùm & ſerva.

ACETUM ANTI-SEPTICUM, vulgò, DES QUATRE VOLEURS.

℞. Summitatum recentium

Abſinthii majoris,
minoris,
Roriſmarini, . .
Salviæ, . . .
Menthæ, . . .
Rutæ, . . .
} ana unciam unam & ſemis.

Florum Lavandulæ ſiccatorum, . . . uncias duas.

Allii, ... drachmas duas.

Acori veri, ...
Cinnamomi, ...
Caryophyllorum, ...
Nucis Moſchatæ, . . .
} ana drachmas duas.

Aceti optimi, ... libras octo.

Macera calore Solis vel igne arenæ, in matratio ritè obturato, per duodecim dies. Cola. Exprime fortiter, & filtra. Tum adde

Camphoræ ſpiritu vini ſolutæ, . . ſemi unciam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 189 sur 489

MELLITA.

HYDROMEL SIMPLEX.

℞. Mellis Narbonenſis, . . . unciam unam & ſemis.
Diſſolve in
Aquæ puræ, ... libris duabus.

HYDROMEL VINOSUM.

℞. Mellis albi exquiſiti, ... libras quinque.
Aquæ communis, . . . libras viginti quinque.
Bulliant ſimul igne lento, ſemper deſpumando, donec ovum recens crudum, injectum ſupernatet: liquor poſteà quiete depuratus, doliolo exceptus ad fermentandum reponatur, uſquedum odorem vinoſum acquiſiverit. Tum liquorem decapula & ſerva.

OXYMEL SIMPLEX.

℞. Mellis Narbonenſis, ... libram unam.
Aceti vini albi, ... ſemi libram.
Coque igne lento in vaſe fictili ad Syrupi conſiſtentiam.

OXYMEL SCYLLITICUM.

℞. Mellis puriſſimi, ... libras quatuor.
Aceti ſcyllitici, ... libras duas.
Coque ut ſuprà.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 190 sur 489

MEL NENUPHARINUM.

℞. Florum Nymphææ integrorum, . . } ana libras duo-
Aquæ communis, ... } decim.

Ferveſiant ad florum coctionem. Fiat colatura ſine expreſſione. Diſſolve

Mellis optimi, ... libras duodecim.

Trajice per manicam: coque in conſiſtentiam Mellis.

MEL ROSATUM SIVE RHODOMEL.

℞. Florum Roſarum rubrarum, exſiccatorum, . . .
. . . . . libram unam.

Infunde per horas duodecim in

Decocti Calycum Roſarum, . . . libris quatuor.

Exprime fortiter. Colato adjice

Mellis optimi, ... libras ſex.

Clarifica ex ovi albumine. Cola, & in Syrupi conſiſtentiam redige.

MEL VIOLATUM.

℞. Florum Violarum recentium, integrorum, . . .
. . . . . libras duas.

Macera per duodecim horas in

Aquæ calidæ, ... libris quatuor.

Cola, & exprime. Expreſſo adde

Mellis optimi, ... libras ſex.

Coque leviter deſpumando, ad Syrupi conſiſtentiam.

MEL MERCURIALE.

℞. Succi Mercurialis, ... } ana libras quatuor.
Mellis optimi, ... }

Miſce, coque, deſpuma, & in Syrupi conſiſtentiam redige.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 191 sur 489

MEL ANTHOSATUM.

℞. Florum Roriſmarini recentium cum Calycibus, ... uncias octo.
Foliorum ejuſdem plantæ recentium integrorum, ... uncias quatuor.

Adde

Mellis deſpumati calentis, . libram unam & ſemis. Poſt dierum quindecim inſolationem, calefiant Balneo Maris, & colentur cum expreſſione.

MEL CUCUMERINUM.

℞. Fructuum Cucumeris agreſtis ad maturitatem vergentium, ... libram unam.

In mortario marmoreo ex arte ſubigantur cum

Mellis flaveſcentis exquiſiti, . . . libris duabus. ut fiat maſſa, quæ linteo mundo commiſſa, in cellam vinariam transferatur ad colliquationem. Liquor inde manans ad debitam ſpiſſitudinem vaporet.

MEL SCYLLITICUM.

℞. Squammarum Scyllæ exſiccatarum, . . uncias duas. Quaſſentur in mortario marmoreo cum piſtillo ligneo, & mittantur in matratium cum aquæ communis limpidæ, ... libris tribus.

Bulliant leviter arenæ balneo, & dein infundantur per duos dies. Coletur liquor & exprimatur; cui adde Mellis Albiſſimi, ... libram unam & ſemis.

Clarifica & coque ad Syrupi conſiſtentiam, ſecundùm Artem, in vaſe terreo vitreato aut faventino.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 192 sur 489

EMULSIONES.

℞. Seminum quatuor frigidorum majorum mundatorum, ... drachmas quatuor.
Papaveris albi, } ana drachmam
Lactucæ, . . } unam.
Amygdalas dulces excorticatas, . . numero quatuor.
Contunde in mortario marmoreo pistillo ligneo, instillando primùm aquæ limpidæ pauxillùm ; tum exquisitè subactis sensim affunde
Aquæ communis, ... libras duas.
Cola & edulca
Sacchari candi, ... drachmis sex,
vel Syrupi Nymphææ, ... unciâ unâ.
Adde, si lubet
Aquæ Naphæ, ... semi unciam.

Eodem modo parari potest

Emulsio cum Pistaciis,
Nucleis Pini.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 193 sur 489

SYRUPI.

SYRUPI SIMPLICES ALTERANTES.

SYRUPUS VIOLACEUS.

℞. Florum Violarum recentium, mundatorum, ... libras quatuor.

Ponantur in vas ſtanneum capax & profundum. Superaffunde

Aquæ ferventis, ... libras octo.

Coopertum vas Balneo Maris tepido detineatur per duodecim horas. Cola. Per reſidentiam infuſum defœcatum decantetur.

Huic intra vas ſtanneum adde

Sacchari optimi, ... duplum.

Fiat Syrupus Balneo Maris.

Simili modo parabuntur

Syrupi Florum Caprifolii,
Papaveris Rhœados,
Tunicæ, ſeu Caryophyllorum, &c.

SYRUPUS ROSARUM SICCARUM.

℞. Roſarum rubrarum exungulatarum deſiccatarum, ... ſemi libram.

Superaffunde

Aquæ communis bullientis, . . . libras quatuor.

Macera per duodecim horas ſupra cineres calidos.

Fiat colatura cum expreſſione; per reſidentiam infuſum

defœcetur & decantetur. Tum diſſolve

Sacchari optimi, ... libram unam

pro ſingulis infuſi libris; & Balneo Maris inſpiſſa in Syrupum.

SYRUPUS DE NYMPHÆA.

℞. Florum Nymphææ albæ mundatorum, id eſt rejectâ virente & herbaceâ flavâque parte, ab aliquot diebus marceſcentium, ... libras duas.

Infunde per duodecim horas in

Aquæ communis ferventis circiter, . libris quinque.

Colatura leviter expreſſa clarificetur cum Sacchari tantumdem. Coque in Syrupum.

SYRUPUS DE TUSSILAGINE.

℞. Florum Tuſſilaginis recentium cum pediculis, ... libram unam.

Infunde in vaſe clauſo, Balneo Maris, per ſex horas, in

Aquæ puriſſimæ ferventis, ... libris tribus.

Coletur cum expreſſione, & clarificetur infuſum cum

Sacchari, ... libris duabus & ſemis.

Fiat Syrupus ſecundùm Artem.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS.

℞. Capillorum Veneris Canadenſium, . unciam unam.

Infundantur per duas horas in

Aquæ bullientis, ... libris ſex.

Coletur liquor & cum

Sacchari albi, ... libris quatuor.

Fiat Syrupus aquâ Naphæ, ſi lubet, aromatiſandus.

Simili modo parabitur Syrupus

Foliorum ſiccatorum Roris Solis.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 195 sur 489

SYRUPUS DE MENTHA.

℞. Summitatum Menthæ crispæ mediocriter exsiccatarum, ... uncias duas.
Aquæ Menthæ distillatæ, ... libras duas.
Macerentur Balneo Maris per octo horas in vase clauso. Colatura defœcata redigatur in Syrupum Balneo Maris, cum
Sacchari albi, ... libris quatuor.

Simili modo parabuntur in propriis aquis

Syrupi de Betonicâ,
Hyssopo,
Melissâ,
Myrtho,
Prassio,
Scordio,
Stœchade,
Apio.

SYRUPUS DE ABSYNTHIO.

℞. Absynthii utriusque in umbrâ exsiccati, ...
. . . . . ana uncias tres.
Infunde per noctem in aquæ ferventis, . . libris quatuor. Cola, & cum
Sacchari, ... libris quatuor.
Clarifica, & coque in Syrupum.

Simili modo fiant

Syrupi de Arthemisiâ,
Erysimo,
Hederâ terrestri,
Millefolio.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 196 sur 489

SYRUPUS DE FUMARIA.

℞. Succi Fumariæ per ebullitionem defœcati, libras tres.
Sacchari albi, ... libras duas.
Coque in Syrupum.

Simili modo conficiuntur.

Syrupi de Borragine,
Bugloſſo,
Cichorio,
Urticâ minore.

SYRUPUS DE COCHLEARIA.

℞. Succi Cochleariæ per reſidentiam, & filtrum defœcati, ... quantùm volueris.
Mitte in matratium. Diſſolve ſenſim agitando, calore Balnei Maris leniſſimo
Sacchari albiſſimi . . . . ſufficientem quantitatem ad Syrupi conſiſtentiam.

Simili modo parantur

Syrupi de Naſturtio,
Beccabungâ.

SYRUPUS DE LIMONIBUS.

℞. Succi Limonum recentium expreſſi, & arte defœcati, ... quantùm volueris.
Sacchari albiſſimi, ... duplum.
In vaſe vitreo fiat Syrupus.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 197 sur 489

Simili modo parantur

Syrupi de Acetosâ,
Acetositate Citrei,
Aceto Vini,
Agrestâ,
Berberis,
Cerasis,
Cydoniis,
Granatis,
Oxytriphyllo,
Pomis,
Ribesiis.

Nota Succos Berberis, Granatorum & Cydoniorum, minori indigere Sacchari quantitate.

SYRUPUS DE ALTHÆA.

℞. Radicum Althææ recentium, mundatarum, in orbiculos sectarum, à meditullio ligneo repurgatarum, ... uncias sex.

Coque leviter in
Aquæ communis; . . . . . libris octo.

Cola. Adde
Sacchari, ... libras sex.

Clarifica subinde, & coque in Syrupum.

Non absimili modo parari possunt

Syrupi de Cynoglosso cum foliis,
Napis,
Symphyto.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 198 sur 489

SYRUPUS DE PAPAVERE ALBO, vulgò DIACODIUM.

℞. Capitum Papaveris albi maturorum, ſiccatorum; abjectis ſeminibus, ... libram unam.

Aquâ frigidâ primùm ablue, ſcinde minutim, dein coque ad mollitiem in

Aquæ puriſſimæ, ... libris ſexdecim.

Cola. Prelo exprime. Decoctum clarifica cum

Sacchari, ... libris quatuor.

Coque ad Syrupi conſiſtentiam.

SYRUPUS DE MORIS.

℞. Mororum maturitati proximorum, } ana libras ſex.
Sacchari albiſſimi, ... }

Coque Saccharum in conſiſtentiam Electuarii ſolidi. Tum adde Mora integra. Poſt levem ebullitionem ponantur omnia ſuper ſetaceum. In vas ſubjectum ſtillabit Syrupus.

Simili modo paratur

Syrupus de Framboeſiis.

SYRUPUS DE CORTICE CITREI.

℞. Flavedinum Citrei vel

Limonum, . . . uncias quinque.

Aquæ puriſſimæ ferventis, ... libras duas.

Macera in vaſe clauſo, Balneo Maris, per duodecim horas. Colaturæ adde

Sacchari albiſſimi . . . . . libras duas, vel . . . . . ſufficientem quantitatem.

Fiat Balneo Maris Syrupus, qui refrigeratus aromatiſetur Oleo-Saccharo Citrei.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 199 sur 489

Eodem modo paratur

Syrupus de Cortice Arantiorum.

SYRUPUS DE KINA KINA.

℞. Kinæ Kinæ ſubtiliſſimè tritæ, . . . uncias quatuor.
Bulliant in
Aquæ limpidæ, ... libris octo
ad dimidiæ partis conſumptionem.
Colatura turbida vaporet . . ad libras circiter duas; Tum adde
Sacchari . . . . . libram unam.
Coque in Syrupum.

SYRUPUS DE KINA KINA CUM VINO.

℞. Corticis Peruviani ſubtiliſſimè triti . . uncias tres.
Infunde in
Vini rubri generoſi . . . . . libris duabus.
Macera in vaſe clauſo per duos treſve dies, identidem agitando. Infuſum filtra, cujus quantitatem ſufficientem miſce cum
Syrupi præcedentis, ad Electuarii conſiſtentiam evaporati & adhuc calentis . . . . . librâ unâ; Et erit Syrupus.

Simili modo parabitur.

Syrupus de Caſcarillâ.

SYRUPUS DE CINNAMOMO.

℞. Aquæ Cinnamomi ſimplicis, . . libram unam.
Sacchari albiſſimi, ... libras duas.
Miſce, & fiat Balneo Maris, ſecundùm artem, in vaſe clauſo Syrupus.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 200 sur 489

Simili modo parabis

Syrupum Alexandrinum dictum, seu Julep Rosatum, cum aquâ Rosarum.
Florum Arantiorum cum aquâ Naphæ.

SYRUPUS BALSAMICUS DE TOLU.

℞. Balsami Tolutani, ... uncias octo.
Aquæ communis, ... libras duas.
Infunde Balneo Maris per duodecim horas in vase clauso. Liquori decantato adde
Sacchari albissimi, . . sufficientem quantitatem, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS DE BRASSICA RUBRA.

℞. Brassicæ rubræ tenuiter concisæ, . . libras duas.
Aquæ communis, ... uncias sex.
Coquantur simul igne moderato, in vase clauso, ad mollitiem. Cola cum expressione, & colaturæ defœcatæ adde
Sacchari, ... duplum.
Fiat Syrupus.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 201 sur 489

SYRUPI PURGANTES SIMPLICES.

SYRUPUS ROSARUM PALLIDARUM.

℞. Florum Roſarum pallidarum recentium, mundatorum, ... libras quatuor.
Infunde Balneo Maris per horas duodecim, in
Aquæ bullientis, ... libris octo.
In vaſe terreo vitrato, anguſti oris, cooperto.
Expreſſo adde
Florum . . . . . parem quantitatem.
Infunde ſimiliter. Ter idipſum repete. Colatura per ſubſidentiam defœcata clarificetur cum
Sacchari albi, ... libris quinque.
& coquatur in Syrupum.

Simili modo parabitur Syrupus

Florum Perſicorum.

SYRUPUS DE RHAMNO CATHARTICO.

℞. Succi è baccis maturis Rhamni Cathartici expreſſi, & more ſuccorum vinoſorum defœcati libras tres.
Sacchari, ... libras duas.
Coque in Syrupum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 202 sur 489

SYRUPUS DE NICOTIANA.

℞. Succi Nicotianæ, ... libras duas.
Hydromellis ſimplicis, . . libram unam & ſemis.
Oxymellis ſimplicis . . . . uncias quatuor.

Digere in cucurbitâ linteo coopertâ, leniſſimo Balneï arenæ calore, per quatuor dies, ut liquor defœcetur; limpidum à fœcibus ſeparatum iterum digere circiter per viginti quatuor horas eodem calore, donec ab omni fœculentiâ ſit depuratus. Tum adde Sacchari albi, ... libras tres.

Et coque in Syrupum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 203 sur 489

SYRUPI COMPOSITI ALTERANTES.

SYRUPUS HORDEATUS.

℞. Amygdalarum dulcium excorticatarum, libram unam.
Amararum, . . drachmas duas.
Contunde in mortario marmoreo, piſtillo ligneo, ſenſim affundendo
Decocti hordei mundati, . . libram unam & ſemis.
Cola cum expreſſione. Expreſſo adde
Sacchari albiſſimi, . . . libram unam & ſemis.
Fiat Syrupus Balneo Maris ut artis eſt. Syrupo refrigerato adde
Aquæ Naphæ eſſentialis, . . . drachmam unam.
Serva ad uſum.

SYRUPUS È STŒCHADE.

℞. Spicarum ſiccatarum Stœchados, . . uncias tres.
Summitatum floridarum
& ſiccatarum Thymi, . . } ana unciam
Calaminthæ, } unam &
Origani, . . } ſemis.
Salviæ, . . . } ana ſemi un-
Betonicæ, . } ciam.
Roriſmarini, }
Seminum Rutæ, ... } ana drachmas tres.
Pœoniæ Maris, . . }
Fœniculi, . . . }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 204 sur 489

Cinnamomi, ... }
Zinziberis, ... } ana drachmas duas.
Calami odorati, ... }

Contusa omnia & incisa macerentur in Alembico vitreo vel Stanneo per biduum cum

Aquæ tepentis, ... libris octo.

Tum per distillationem Balneo Maris, extrahe

Liquoris aromatici, ... uncias octo,

ex quibus fiat Syrupus eodem calore Balnei Maris, cum

Sacchari albi, ... duplo.

Residuum colatum & fortiter expressum clarifica cum

Sacchari albi, ... libris quatuor,

Et coque in Syrupi consistentiam, cui semi refrigerato adde priorem.

SYRUPUS DE ERYSIMO.

℞. Hordei integri, ... }
Passularum mundatarum, . . . } ana uncias duas.
Glycyrrhizæ siccæ, rasæ & contusæ, }
Herbarum Borraginis, ... }
Cichorii, ... } ana uncias tres.

Bulliant in

Aquæ communis, ... libris duodecim

ad quartæ partis consumptionem. Cola cum expressione. Tum

℞. Erysimi totius recentis, ... libras tres.
Radicum Enulæ Campanæ, . . }
Tussilaginis recentis, } ana uncias duas.
Capillorum Veneris Canadensium, . unciam unam.
Summitatum siccatarum Rorismarini, } ana semi un-
Stœchados, } ciam.
Seminis Anisi, ... drachmas sex.
Florum siccatorum Violarum, }
Borraginis, } ana drachmas duas.
Buglossi, }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 205 sur 489

Inciſis incidendis, contundendis contuſis, ſuperaffunde Decoctum ſuperius fervens. Macera in Alembico Stanneo vel vitreo per viginti quatuor horas. Tum extrahe per diſtillationem Balneo Maris

Liquoris, ... uncias octo,

ex quibus cum ſacchari albi duplo fiat ſyrupus eodem calore Balnei Maris. Reſiduum cola & fortiter exprime. Clarifica cum

Sacchari albi, ... libris tribus.
Mellis optimi, ... librâ unâ.

Coque in ſyrupum, quem tepidum miſce cum priore.

SYRUPUS DE ARTHEMISIA.

℞. Summitatum floridarum Arthemiſiæ, . . uncias ſex.
Radicum Iridis noſtratis, . .
Helenii, ...
Rubiæ, ... } ana ſemi unciam.
Pœoniæ Maris, .
Leviſtici, . . .
Fœniculi, . . .
Herbarum Pulegii, ...
Origani, ...
Calaminthes, . . .
Nepetæ, ...
Meliſſophylli, . . .
Sabinæ, ...
Sampſuci, ... } ana uncias tres.
Hyſſopi, ...
Praſſii, ...
Chamædryos, . . .
Hyperici, ...
Parthenii, ...
Betonicæ, ...
Rutæ, ...
Ocimi, ...

Seminum Aniſi, ...
Petroſelini, . .
Fœniculi, . .
Dauci, ...
Nigellæ, . . .
Spicæ Nardi, ... } ana drachmas tres.
Cinnamomi, ... unciam unam.

Contuſa omnia macerentur per triduum in
Hydromelitis, ... libris octodecim.
Tum ex Balneo Maris diſtilla
Liquoris, ... uncias octo,
ex quibus & ſacchari albi, ... librâ unâ fiat ſyrupus.

Interea liquorem in Alembico ſuperſtitem cum forti expreſſione colatum & clarificatum cum
Sacchari, ... libris quatuor.
Coque in ſyrupum, cum priore adhuc calente miſcendum.

SYRUPUS ALTHÆÆ FERNELII.

℞. Radicum Althææ, ... uncias duas.
Cicerum rubrorum, ... unciam unam.
Radicum Graminis, ...
Aſparagi, ...
Glycyrrhizæ, . . . } ana ſemi unciam.
Uvarum paſſarum mundatarum,
Cimarum Althææ, ...
Malvæ, ...
Parietariæ, . . .
Pimpinellæ, . . } ana unciam unam.
Plantaginis, . .
Adianthi nigri, .

Coquantur ex
Aquæ . . . . . libris duodecim,
ad medias. Colaturæ adde
Sacchari albi, ... libras quatuor.
Clarifica & coque in ſyrupum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 207 sur 489

SYRUPUS DE QUINQUE RADICIBUS.

℞. Radicum Apii, ... }
Fœniculi, ...
Petroſelini, . . .
Ruſci, ...
Aſparagi, ... } ana uncias quatuor.

Mundatas & in fruſta conciſas coque cum
Aquæ, ... libris decem.
ad libras octo, & cum
Sacchari, ... libris quinque
clarus fiat ſyrupus, ſecundùm artem.

SYRUPUS RORIS SOLIS.

℞. Roris Solis recentis exquiſitè mundati, ...
. . . . . uncias quatuor.
Foliorum recentium Eryſimi, unciam unam & ſemis.
Pulmonariæ, . unciam unam.
Radicis Curcumæ pulveratæ, . ſcrupulum unum.
Liquiritiæ ſiccæ, . . . drachmas duas.
Paſſularum Damaſcenarum exacinatarum, . . .
. . . . . unciam unam.
Florum Tuſſilaginis ſiccatorum, . drachmas tres.
Croci Orientalis pulverati, . . . grana viginti.
Infunde per ſex horas calore Balnei Maris in
Aquæ communis, ... libris octo.
Infuſum expreſſione colatum, & cum
Sacchari albi, ... libris quatuor
clarificatum, coque in ſyrupum.

SYRUPUS MYRTHINUS.

℞. Baccarum Myrthi, . . . uncias duas & ſemis.
Meſpilorum immaturorum, . . unciam unam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 208 sur 489

Raſuræ Santali citrini, . . .
Fructuum Oxyacantæ recentium,
Sumach, ...
Balauſtiorum, ... } ana uncias duas.
Roſarum rubrarum mundatarum,

Omnia contuſa, leni igne, per horas viginti-quatuor macerentur vaſe clauſo, in

Aquæ communis, ... libris tribus.
Succorum Cydoniorum, . . .
Pyrorum ſylveſtrium, } ana libris duabus.

Fiat colatura cum expreſſione. Liquor, ovi albumine, cum
Sacchari optimi, ... libris quinque
clarificetur, & coquatur in ſyrupum.

SYRUPUS DE ABSYNTHIO.

℞. Summitatum ſiccatarum & inciſarum
Abſynthii majoris, . . } ana uncias
minoris, . . } quatuor.
Roſarum rubrarum ſiccatarum, . . uncias duas.
Cinnamomi acuti, ... drachmas tres.

Omnia contuſa macerentur calore blando, in matratio obturato, per viginti-quatuor horas, in

Vini albi generoſi, . . . } ana libris duabus &
Succi Cydoniorum, . . . } unciis quatuor.

Cola cum forti expreſſione & in colaturâ, per chartam emporeticam trajectâ, ſolve ſacchari albi pondus dimidio-majus, & erit ſyrupus.

SYRUPUS DE KARABE.

℞. Opii puriſſimi minutum inciſi, . ſcrupulos duos.
Solve igne moderato in vaſe terreo cum
Aquæ communis . . . . . unciis duodecim.

Solutionem cola cum forti expreſſione, eam clarifica & coque in Syrupum craſſioris conſiſtentiæ, cum
Sacchari albi . . . . . librâ unâ.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 209 sur 489

Syrupo refrigerato commiſce
Spiritûs Succini, . . . ſcrupulos duos,
& in vaſe accuratè clauſo fervetur.

SYRUPUS DE TESTUDINIBUS RESUMPTIVUS.

℞. Carnis Teſtudinum, ... libram unam.
Hordei mundati, ... uncias duas.
Carnis Dactylorum, ... uncias duas.
Paſſularum Damaſcenarum exacinatarum, . } ana unciam unam.
Glycyrrhiſæ ſiccæ, raſæ, . . . }
Sebeſten, ... } ana ſemi unciam.
Jujubarum, ... }
Nucleorum Pineorum, . . . } ana ſemi unciam.
Piſtaciorum mundatorum, . . }
Fructuum Cacao ex arte uſtorum & contuſorum, . } ana drachmas duas.
Seminum Melonum, ... }
Cucumeris, ... }
Citrulli, ... }
Lactucæ, . . . } ana drachmam unam.
Malvæ, ... }
Papaveris albi, . . }
Foliorum Pulmonariæ, ... ſemi unciam.
Florum ſiccatorum Violarum, . } ana drachmam unam.
Nenupharis, }
vel recentium, . . . unciam unam.

Fiat Decoctum ex arte, in
Aquæ, ... libris duodecim.
ad medias. Colatum, clarificatum cum
Sacchari Roſacei, ... libris quatuor,
coque in ſyrupum, non diu aſſervandum, cui ad gratum ſaporem adde
Olei ſtillatitii florum Arantiorum, . guttas quatuor.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 210 sur 489

SYRUPUS DE VIPERIS ROBORANS.

℞. Viperas vivas, ... numero duodecim.
Raſuræ Santali Citrini, ...
Cinnamomi, ... } ana uncias duas.
Radicum Chinæ, ...
Salſæparillæ, . . . } ana unciam unam.
Cardamomi minoris, ...
Nucis Moſchatæ, ... } ana drachmas duas.
Ligni Aloes, ...

Viperæ recens mactatæ, & in partes ſectæ coquantur in
Aquæ communis, ... libris duabus
ad quartæ partis reſiduum, & exprimantur.

Radices Chinæ & Salſæparillæ conciſæ, per horas duodecim, ſupra cineres calidos maceratæ cum
Aquæ communis, ... libris duabus,
coquantur ad medias, & colentur.

Aromatis verò craſſiuſculè tritis, & in Alembico poſitis ſuperaffunde
Vini albi optimi, ...
Aquæ Naphæ, ... } ana libras duas,
fiatque per diſtillationem ex arenâ, unciarum decem, vel circiter, aquæ ſpirituoſæ extractio, quæ in ſyrupi conſiſtentiam reducatur Balneo Maris, ſolâ diſſolutione ſacchari Candi pulverati ad . . . . . ſufficientem quantitatem.
Exin

℞. Supradictum jus Viperarum, decoctum chinæ & ſalſæparillæ, liquorem ex diſtillatione in fundo vaſis ſuperſtitem colatum.

Miſceantur ſimul, clarificentur cum
Sacchari, ... libris tribus,
percoquantur in ſyrupum craſſiorem, qui, priori frigidè permixtus, aromatiſetur
Tincturæ Ambari, ... ſemi unciâ,
atque pluribus lagenulis exceptus uſui recondatur.

SYRUPUS

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 211 sur 489

SYRUPUS DE SYMPHYTO.

℞. Radicis Symphyti majoris, . . . uncias duas.
Foliorum Symphyti majoris, minoris, } ana uncias quatuor.
Plantaginis, . . .
Pimpinellæ, . . .
Centinodiæ, . . . } ana uncias duas.
Florum ſiccatorum Tuſſilaginis,
Roſarum rubrarum, } ana unciam unam.

Mundatis & inciſis omnibus affunde
Aquæ communis, ... libras ſeptem;
Coque leviter. Cola cum expreſſione. Ex ovi albumine, cum
Sacchari albi, ... libris quatuor,
clarifica & coque in ſyrupum.

SYRUPUS ANTI-SCORBUTICUS.

℞. Foliorum virenticum Cochleariæ, . .
Beccabungæ, . .
Naſturtii aquatici } ana libram unam.
Radicis Raphani ruſticani, . . .
Arantiorum amarorum, ...
Cinnamomi, ... drachmas quatuor.

Herbas contuſas, radices, Arantia, Cinnamomum fruſtulatim ſecta, mitte in Cucurbitam vitream, & ſtatim affunde
Vini albi generoſi, ... libras quatuor.

Capitello protinùs adaptato & ritè obſerato, macerentur omnia per biduum. Tum Balneo Maris & leni calore deſtilla, donec libra una liquoris ſpirituoſi & volatilis ſit elicita: ex hoc liquore cum
Sacchari albi, ... duplo
fiat Syrupus eodem caloris gradu in vaſe clauſo vitreo vel faventino.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 212 sur 489

Liquorem in cucurbitâ ſuperſtitem cum forti expreſſione cola; hunc ſinito reſidere, & decantatum cum

Sacchari albi, ... libris duabus coque in Syrupum, priori admiſcendum, cùm tepidus evaſerit.

SYRUPUS DE CORALLO.

℞. Coralli rubri in fruſtula contriti, quantùm volueris. Mitte in matratium: Superaffunde

Succi Berberis depurati, ad eminentiam quatuor digitorum.

Matratium ritè obturatum impone balneo arenæ, atque calore leniſſimo fiat digeſtio per ſex dies, duodecimâ quâque horâ liquorem agitando.

Tum liquorem adhuc calidum filtra, & adde pro ſingulâ liquoris librâ,

Sacchari Roſati, ... ſemi libram; quod leni calore, ſed confeſtìm eſt ſolvendum. Fiat coctio leniſſimo calore balnei vaporum, & antequam ſyrupus debitam acquiſiverit ſpiſſitudinem, admiſce

Succi puriſſimi granorum Kermes . . uncias quatuor, & coque eodem calore ad Syrupi conſiſtentiam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 213 sur 489

SYRUPI COMPOSITI PURGANTES.

SYRUPUS DE ROSIS PALLIDIS CUM SENNA ET AGARICO.

℞. Infusionis Rosarum pallidarum quater repetitæ & defœcatæ, ... libras octo.
Foliorum Sennæ mundatorum, . . uncias quatuor.
Agarici electi & incisi, ... uncias duas.
Seminis Anisi contusi, ... semi unciam.
Zinziberis, ... drachmas duas.
Tartari albi contusi, ... semi unciam.

Ferveſiat priùs Senna cum Tartaro. Tum infundatur Agaricus cum semine anisi & zinzibere per horas viginti quatuor. Colatura subinde fiat cum expressione. Residuum denuò bulliat cum

Aquæ communis, ... libris sex

ad medias. Fiat colatura priori miscenda, & cum

Sacchari albi, ... libris quatuor.

Clarifica, & coque in Syrupum.

SYRUPUS DE CICHORIO.

℞. Radicum Cichorii sylvestris, . . uncias quatuor.
Taraxaci, . . } ana unciam unam &
Graminis, . . } semis.
Foliorum Cichorii sylvestris, . . . uncias sex.
Taraxaci, ... } ana uncias tres.
Fumariæ, ... } ana uncias tres.
Scolopendrii, . . . } ana uncias tres.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 214 sur 489

Cuſcutæ, ... }
Baccarum Halicacabi, . . . } ana uncias duas.

coque in

Aquæ communis, ... libris quatuordecim

ad libras duodecim. In colaturâ diſſolve

Sacchari optimi, ... libras ſex.

Clarifica & coque ad conſiſtentiam mellis ſpiſſioris.

Aliundè

℞. Aquæ communis, ... libras octo,

In quâ infunde, vaſe clauſo, leni calore, per viginti quatuor horas.

Rhei electi minutim effracti, . . . uncias ſex.
Santali citrini, ... }
Cinnamomi, ... } ana ſemi unciam.

Colatura fortiter expreſſa addatur prædicto ſyrupo, eique exquiſitè miſceatur, & igne lento percoquatur in ſyrupum.

SYRUPUS DE POMIS.

℞. Foliorum Orientalium mundatorum, . uncias octo.
Seminis Fœniculi, ... unciam unam.
Caryophyllorum, ... drachmam unam.

Infunde per diem in

Succi depurati Pomorum redolentium, libris quatuor.
Borraginis, . . }
Bugloſſi, . . . } ana libris tribus.

Poſteà leviter bulliant. Cola & exprime. Reſiduum bulliat in

Aquæ communis, ... ſufficienti quantitate.

Iterùm cola cum expreſſione. Colaturæ ſimul miſceantur, & cum

Sacchari optimi, ... libris quatuor

clarificentur, & coquantur in ſyrupum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 215 sur 489

SYRUPUS DE POMIS HELLEBORATUS.

℞. Radicum Hellebori nigri ſelectarum contuſarum, ... unciam unam.
Salis Tartari, ... drachmam unam.

Macerentur per viginti quatuor horas, leni calore; in vaſe vitreo optimè clauſo, in

Aquæ communis, ... librâ unâ & ſemis;

Deinde leviter bulliant. Colaturam fortiter expreſſam & defœcatam, miſce cum

Syrupi præcedentis, ... libris duabus;

& igne lento coque in ſyrupum, cui adde

Tincturæ Croci, ... ſemi drachmam.

SYRUPUS MERCURIALIS,

vulgò, SYROP DE LONGUE VIE.

℞. Succi depurati Mercurialis, . . . libras duas.
Borraginis, . . }
Bugloſſi, . . . } ana ſemi libram.
Radicum Ireos noſtratis, ... uncias duas.
Gentianæ, ... unciam unam.
Mellis optimi albi, ... libras tres.
Vini albi, ... uncias duodecim.

Radices contuſæ macerentur in vino albo per viginti quatuor horas.

Cola. Liquetur mel, & ſuccis miſceatur; factâque levi ebullitione, cola per Manicam. Ambo liquores ſimul permixti, coquantur in ſyrupum.

Nota. Huic ſyrupo addi poteſt infuſum unciæ unius & ſemis, foliorum Orientalium.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 216 sur 489

SYRUPUS MAGISTRALIS ASTRINGENS.

℞. Rhei electi tenuiter conciſi, . unciam unam & ſemis.
Santali citrini, ... }
Cinnamomi, ... } ana drachmam unam.
Myrobalanorum citrinarum, , . . unciam unam.

Macerentur in vaſe clauſo per duodecim horas, leni calore in

Decocti Plantaginis, ... libris tribus.

Cola. Tum

℞. Roſarum rubrarum exſiccatarum, . . uncias duas.
Balauſtiorum, ... unciam unam.
Succi Berberis, ... }
Ribeſiorum, . . . } ana uncias quatuor.

Macerentur eodem modo per duodecim horas, in

Aquæ Roſarum, ... unciis octo.

Fiat colatura cum expreſſione. Ambæ colaturæ ſimul mixtæ & defœcatæ, cum

Sacchari albiſſimi, ... librâ unâ & ſemis,

coquantur, ſecundùm artem, in Syrupum.

ROB ET SAPÆ.

ROB SAMBUCI.

℞. Succi expreſſi ex baccis maturis Sambuci, ... quantùm volueris. Coque igne moderato, ad Mellis conſiſtentiam.

Simili modo parantur

Rob ex Uvis,
Ribeſiis,
Ceraſis,
Cydoniis,
Oxyacanthâ,
Rhamno Cathartico,
Ebulo.

EXTRACTA.

EXTRACTUM JUNIPERI.

℞. Baccarum Juniperi maturarum & recentium, ... libras duas.
Contundantur & bulliant ad mollitiem in
Aquæ communis, ... libris octo.
Exprime. Liquor fervens coletur per Manicam, & vaporet Balneo Maris, ad Extracti liquidi conſiſtentiam.

EXTRACTUM FUMARIÆ.

℞. Fumariæ, ... quantùm vis.
Bulliat leviter in
Aquæ communis, . . . ſufficienti quantitate.
Colatura, per ſubſidentiam defœcata, vaporet Balneo Maris, ad Extracti conſiſtentiam.

Eodem modo fiunt

Extracta Abſynthii,
Cardui benedicti,
Centaurii minoris,
Chamædryos,
Cichorii, &c.

EXTRACTUM TRIFOLII FIBRINI.

℞. Succi defœcati Trifolii fibrini, . . quantùm vis.
Vaporet Balneo Maris ad Extracti conſiſtentiam.

Simili modo fit

Extractum Lupuli, &c.

EXTRACTUM

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 219 sur 489

EXTRACTUM ENULÆ CAMPANÆ.

℞. Radicum ſiccatarum & pulveratarum Enulæ Campanæ, ... quantum vis.
Bulliant in
Aquæ communis, ... ſufficienti quantitate.
Colatura, per ſubſidentiam defœcata, vaporet Balneo Maris, ad Extracti mollis conſiſtentiam.

Simili modo fiunt

Extracta Radicum Gentianæ,
Polypodii,
Liquiritiæ,
Lapathi, &c.

EXTRACTUM RHABARBARI.

℞. Rhei electi conciſi, ... ſemi libram.
Mitte in vas idoneum. Affunde
Aquæ limpidæ ferventis ad eminentiam . . . .
. . . . . quatuor digitorum.
Digere Balneo Maris in vaſe clauſo per duodecim circiter horas. Liquorem exprime. Materiæ ſuperſtiti affunde novam aquæ ferventis quantitatem. Digere ut ſuprà. Cola fortiter exprimendo.
Tincturas ſimul mixtas filtra per Manicam. Vaporent Balneo Maris ad Extracti conſiſtentiam.

Simili modo fiunt

Extractum Colocynthidis,
Hellebori nigri,
Agarici, &c.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 220 sur 489

EXTRACTUM KINÆKINÆ.

℞. Kinækinæ pulveratæ, ... uncias duas.
Bulliant, vaſe clauſo, in
Aquæ ferventis, ... libris quatuor.
Cola & illicò decanta. Vaporet Balneo Maris, vel radiis ſolaribus, in vaſis faventinis planis (ita ut trium vel quatuor linearum altitudinem liquor non ſuperet) ad perfectam ſiccitatem.

Extractum per lamellas tenues & nitidas cultello abrade.

EXTRACTUM SENNÆ.

℞. Foliorum Sennæ Alexandrinæ, . . ſemi libram.
Infunde, vaſe clauſo, Balneo Maris, identidem agitando in
Aquæ bullientis, ... ſufficienti quantitate.
Cola fortiter exprimendo. Trajice per Manicam. Vaporet Balneo Maris, in vaſis faventinis planis ad ſiccitatem.

Simili modo fit

Extractum Gratiolæ, &c.

EXTRACTUM ALOES.

℞. Aloes Soccotorinæ contritæ, . . quantum vis.
Mitte in vas idoneum, affundendo
Aquæ ferventis, . . . ſufficientem quantitatem.
Solve Balneo Maris. Liquorem cola & decanta. Vaporet Balneo Maris, eodem modo, & in iiſdem vaſis, ut ſuprà, ad ſiccitatem.

EXTRACTUM OPII ſeu LAUDANUM.

℞. Opii electi fruſtulatìm ſecti, . . . quantum vis.
Vini albi, ... quantum ſufficit ad ſolvendum Opium in pultis conſiſtentiam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 221 sur 489

Fiat ſolutio Balnei Maris calore. Solutionem fortiter exprime per linteum denſum. Colatura vaporet Balneo Maris, ad Extracti ſolidi conſiſtentiam.

ELATERIUM.

℞. Fructus matureſcentes Cucumeris ſylveſtris cum pediculis, ... quot vis.

Quaſſa ex arte, in mortario marmoreo. Affunde

Aquæ ferventis, ... quantum ſufficit.

Macerentur in vaſe clauſo, Balneo Maris, per diem. Exprimantur fortiter. Vaporet liquor, Balneo Maris, ut ſuprà, ad ſiccitatem.

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM.

℞. Pulpæ ſiccæ Colocynthidos à ſeminibus purgatæ, ... unciam unam & ſemis.

Foliorum Sennæ mundatorum, . } ana uncias duas.
Hellebori nigri, ... }

Agarici, ... unciam unam.

Conquaſſatis affunde

Aquæ pluvialis, . . . quantitatem ſufficientem.

Macerentur per biduum. Deinde fiat ebullitio & colatura cum expreſſione. Decoctum per aliquod tempus repoſitum decantetur. Vaporet Balneo Maris ad ſpiſſioris ſyrupi conſiſtentiam. Tum adde

Reſinæ Scammonii Alepenſis pulverati, ... unciam unam.

Extracti Aloes, ... uncias duas.

Specierum Diarrhodon Abbatis, . . unciam unam.

Inſpiſſentur, Balneo Maris, ad juſtam Extracti conſiſtentiam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 222 sur 489

JURA ET GELATINÆ.

JUS VIPERINUM.

℞. Viperam vivam, capite & caudâ resectis, pelle nudatam & exenteratam, sanguine, corde & hepate servatis.

Seca in partes. Coque vase clauso, Balneo Maris, per tres quatuorve horas in

Aquæ communis, ... unciis duodecim.

Cola.

Eodem modo parantur etiam

Jusculum cum Cancris fluviatilibus,
Pullo Gallinaceo,
Carne Testudinum,
Vitulinâ, &c.

His Juribus pro rei necessitate variæ plantæ & radices addantur.

GELATINA VIPERARUM.

℞. Viperas vivas pelle recèns nudatas, exenteratas, ... quot volueris.

Seca in partes. Mitte in ollam fictilem vitratam, operculo clausam, ut artis est.

Coquantur igne lento in

Aquæ . . . . . sufficienti quantitate per quinque circiter horas. Calens Decoctum coletur cum expressione forti. Clarificetur & vaporet Balneo Maris. Repone in loco frigido, ut in Gelatinam concrescat.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 223 sur 489

GELATINA CORNU CERVI.

℞. Raſuræ Cornu Cervi, ... ſemi libram.
Aquæ puriſſimæ, ... libras ſex.

Vaſe cooperto coque ſecundùm artem, Balneo Maris, in vaſe Stanneo, circiter ad medias, plus vel minùs habitâ ratione tempeſtatis. Cola & fortiter exprime. Colaturam clarifica ex ovi albumine cum

Sacchari, ... } ana circiter unciis quatuor.
Vini albi, ... }

Aromatiza flavedine Citrei recentis. Repone in loco frigido, ut in Gelatinam concreſcat.

GELATINA CYDONIORUM.

℞. Cydoniorum integrorum matureſcentium, ...
. . . . . libras ſex.

In fruſta concide. Bulliant in

Aquæ, ... libris quindecim

ad dimidiæ partis conſumptionem.

Colaturam clarifica ex ovi albumine cum

Sacchari, ... libris quinque.

Coque leni igne, & repone in loco frigido, ut in Gelatinam concreſcat.

Simili modo parari poteſt

Gelatina Pomorum, &c.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 224 sur 489

ECLEGMATA.

ECLEGMA SIVE LOOCH ALBUM.

℞. Amygdalas dulces excorticatas, ... numero ſexdecim,
Amaras, ... numero duas.
Sacchari albi, ... unciam unam.
Cuntundantur in mortario marmoreo, cum piſtillo ligneo, ſensìm affundendo
Aquæ communis, ... uncias quatuor
Fiat ex Arte Emulſio. Tum

℞. Gummi Tragacanthi tenuiſſimè pulverati, ... grana ſexdecim.
Olei amygdalarum dulcium, . . unciam unam.
Sensim affunde lac Amygdalinum ſupradictum, identidem agitando in mortario marmoreo, ad mucilaginis ſpiſſitudinem.
Sub finem adde
Aquæ Naphæ circiter, . . . drachmas duas.
Fiat Eclegma.

LOOCH VIRIDE.

℞. Syrupi violarum, ... unciam unam.
Aquæ communis, ... uncias quatuor.
Tincturæ Croci cum aquâ, . guttas quindecim, miſce & ex fructuum Piſtaciæ excorticatorum, ... unciâ ſemiſſe fiat ex Arte Emulſio. Tum

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 225 sur 489

℞. Gummi tragacanthi tenuiſſimè pulveratari, ... grana ſexdecim.
Olei Amygdalarum dulcium, . . unciam unam.
Sensìm affunde lac ſupra dictum, identidem agitando in mortario marmoreo ad mucilaginis ſpiſſitudinem
Sub finem adde
Aquæ Naphæ circiter, ... drachmas duas.
Fiat ſecundùm artem Eclegma virideſcens.

LOOCH EX OVO.

℞. Vitellum unum Ovi recentis.
Olei Amygdalarum dulcium, abſque igne recenter extracti, ... uncias duas.
Syrupi Althææ Fernelii, . . . unciam unam.
Aquarum ſtillatitiarum
Tuſſilaginis, . . .
Papaveris Rhœados, } ana unciam unam.
Naphæ, ... drachmas duas.
Vitellum Ovi mitte in mortarium marmoreum, huic ſensìm & per vices affunde Oleum Amygdalarum ſemper agitando piſtillo ligneo, uſque dum coeant in pultem, cui admiſce identidem agitando aquas & ſyrupum, poſtremò aquam Naphæ.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 226 sur 489

CONSERVÆ.

CONSERVA VIOLARUM.

℞. Florum Violarum recentium mundatorum, ... } ana semi unciam.
Sacchari albi pulverati, . . }
Simul contunde in mortario marmoreo, addendo,
Sacchari albi, in Electarii solidi consistentiam cocti;
. . . . . semi libram.
Fiat Conserva secundùm artem.

Simili modo conficientur

Conservæ florum Arantiorum mundatorum,
Borraginis,
Bugloſſi,
Betonicæ,
Calendulæ,
Geniſtæ,
Hiſſopi,
Hiſpidulæ ſive Pedis Cati,
Keiri,
Lilii Convallium,
Meliſſæ,
Papaveris Rhœados,
Pœoniæ,
Primulæ veris,
Roriſmarini,
Salviæ,
Tiliæ,
Tunicæ,
Tuſſilaginis.

Simili

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 227 sur 489

Simili modo conficientur

Conſervæ Summitatum Abſynthii,
Hederæ terreſtris,
Apii.

CONSERVA ROSARUM.

℞. Roſarum rubrarum recentium, nondùm omninò explicatarum, exungulatarum, . uncias quatuor.
Superaffunde
Aquæ frigidæ, ... libram unam.
Statim coletur ſine expreſſione liquor, qui rejiciendus eſt. Tum flores madidos exprime fortiter; poſteà contunde in mortario marmoreo, piſtillo ligneo. Interim in liquore expreſſo coquantur
Sacchari albi ad Electarii ſolidi conſiſtentiam, . .
. . . . . unciæ octo.
Tum accuratè miſce roſas contuſas. Trajiciantur per ſetaceum ſecundùm artem.

CONSERVA ROSARUM RUBRARUM,

OMNI TEMPORE PARANDA.

℞. Roſarum rubrarum tenuiter pulveratarum, . . .
. . . . . uncias tres.
Miſce cum
Aquæ Roſarum fragrantis, Balneo Maris elicitæ, .
. . . . . quantum ſatis
ad pulpæ conſiſtentiam, & cum
Sacchari aquâ Roſarum ſoluti, & in tabellarum conſiſtentiam cocti, ... libris duabus
fiat Conſerva mollior.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 228 sur 489

CONSERVA ROSARUM RUBRARUM SOLIDA,

OMNI TEMPORE PARANDA.

℞. Rosarum rubrarum siccatarum, & subtilissimè pulveratarum, ... scrupulos quatuor.
Cremoris Tartari pulverati, . . . grana novem.
Sacchari albissimi, & in aquæ Rosarum fragrantis quantitate sufficienti cocti, ... uncias quatuor.
Misce, & cum
Succi Limonum, ... guttis aliquot.
Fiant Tabellæ.

CONSERVA COCHLEARIÆ.

℞. Foliorum Cochleariæ, ... uncias duas.
Sacchari albissimi, ... uncias sex.
Simul pinsendo misce in mortario marmoreo, donec Conservæ formam acquisiverint.

Simili modo parantur

Conservæ Acetosæ,
Oxytriphylli.

CONSERVA CYNORRHODON.

℞. Pulpæ Fructuum Cynnorrhodon, . . libram unam.
Sacchari albi ad Electarii solidi consistentiam cocti, ... libram unam & semis.
Misce, fiat Conserva secundùm artem.

CONSERVA RADICIS HELENII.

℞. Radicum Helenii recentium mundatarum, ... quantum vis.
Macera per aliquot horas in aquâ ferventi, quâ rejectâ,

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 229 sur 489

coquantur in alterâ, ad pultis consistentiam, & per setaceum trajiciantur.

℞. Hujus Pulpæ, ... semi libram.
Sacchari albi, in novo Decocto Radicum ad Electarii solidi consistentiam cocti, ... libras duas.
Misce, fiat Conserva secundùm artem.

Sic parabuntur

Conservæ Radicum Angelicæ,
Eryngii,
Satyrii.

Nota Radices Eryngii & Satyrii integras servari posse Saccharo conditas.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 230 sur 489

PULVERES.

PULVIS ANTISPASMODICUS.

℞. Ligni Viſci querni, . . unciam unam & ſemis.
Radicum Valerianæ ſylveſtris, . . ſemi unciam.
Diptamni, . . . }
Pœoniæ maris, . . } ana ſemi unciam.
Seminis ejuſdem, ... }
Ungulæ Alcis præparatæ, . . }
Seminis Atriplicis, ... drachmas duas.
Corallii rubri præparati, . . }
Succini flavi, ... } ana drachmam
Cornu Cervi philoſophicè præpa- } unam & ſemis.
rati, ... }
Caſtorei, ... ſcrupulum unum.
Cinnabaris factitiæ, ... drachmas duas.

Ex omnibus exactiſſimè tritis, pulveratis, lævigatis, fiat, lege artis, Pulvis tenuiſſimus.

PULVIS DE GUTTETA VULGARIS.

℞. Ligni Viſci querni, . . . }
Radicum Diptamni, albi, . } ana ſemi unciam.
Pœoniæ maris, . . }
Seminis ejuſdem, ... }
Atriplicis, ... }
Corallii rubri præparati, . . . } drachmas duas.
Ungulæ Alcis præparatæ, . . . ſemi unciam.

Fiat Pulvis tenuiſſimus.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 231 sur 489

PULVIS ZELLENSIS,
SIVE AURATUS GERMANORUM.

℞. Cinnabaris factitiæ lævigatæ, . . unciam unam.
Cinnabaris Antimonii lævigatæ, . semi drachmam.
Sacchari Candi pulverati, . . . uncias duas.
Omnia simul iterùm lævigentur suprà porphyritem. Tum

℞. Ambari cineritii, ... drachmam unam.
quod cum portione Pulveris suprà dicti in Pulverem tenuissimum agatur, residuum Pulverem simul miscendo. His ritè permixtis sensim adde
Olei Cinnamomi, ... drachmam unam.
In vase ritè occluso serva ad usum.

PULVIS DIATRAGACANTHI FRIGIDI.

℞. Gummi Tragacanthi albissimi, . unciam unam.
Arabici, ... drachmas quinque.
Amyli, ... drachmas duas.
Glycyrrhizæ rasæ, ...
Seminum Papaveris albi, . . } ana drachmam
Quatuor frigidorum } unam.
majorum mundatorum, }
Sacchari, ... unciam unam & semis.
Fiat Pulvis ex tempore parandus.

PULVIS DIAIREOS.

℞. Radicis Ireos Florentinæ, . . . }
Specierum Diatragacanthi frigidi, } drachmas duas.
Sacchari Candi, ... }
Fiat Pulvis ex tempore parandus.

PULVIS PECTORALIS, sive LOOCH SICCUM.

℞. Matris Perlarum præparatæ, .
Cornu Cervi philoſophicè præparati, ... } ana drachmam unam.
Eboris ad albedinem calcinati, }
Sacchari Candi pulverati, . drachmas duas & ſemis.
Olei è Nucleis Cacao, drachmam unam & ſemis.
Radicum Althææ, ...
Liquiritiæ, . . } ana ſcrupulos duos.
Gummi Arabici, ...
Tragacanthi, . . }
Radicis Iridis Florentinæ, . . ſemi drachmam.
Terræ Japonicæ, ... grana octodecim.
Fiat omnium, lege artis, Pulvis tenuiſſimus.

PULVIS TEMPERANS.

℞. Tartari vitriolati, ... }ana drachmas tres.
Nitri puriſſimi, ... }
Cinnabaris factitiæ præparatæ, . . ſcrupulos duos.
Miſce. Fiat Pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS CONTRA VERMES COMPOSITUS.

℞. Corallinæ Porphyrio lævigatæ,
Seminum contra, ...
Abſynthii vulgaris, .
Tanaceti, ...
Portulacæ, . . . } ana quantum vis.
Mali citrei, . . .
Foliorum Scordii, ...
Sennæ, ...
Rhei electi, ...
Fiat omnium Pulvis, ſecundùm artem, quovis anno renovandus.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 233 sur 489

PULVIS DIARRHODON.

℞. Rosarum rubrarum siccarum, ab unguibus expurgatarum, ... unciam unam.
Santali Citrini, } ana drachmam unam & semis.
Rubri, . . . }
Gummi Arabici, . . . }
Spodii ex Ebore præparati, } ana scrupulos duos.
Mastiches, ... }
Seminum Fœniculi, . . }
Ocymi, . . . }
Scariolæ, . . } ana semi drachmam.
Portulacæ, . . }
Plantaginis, . . }
Acinorum Oxyacanthæ, . }
Cinnamomi, ... }
Boli Armenæ, ... } ana scrupulum unum.
Terræ sigillatæ, ... }
Margaritarum præparatarum, . . }

Fiat omnium Pulvis.

PULVIS DIATRIUM SANTALORUM.

℞. Trium Santalorum, . . . }
Rosarum rubrarum siccarum } ana drachmas tres.
ab unguibus expurgatarum, . }
Rhei electi, ... }
Spodii ex Ebore præparati, . } ana drachmas duas.
Radicis Glycyrrhizæ siccæ, . }

Fiat omnium Pulvis.

PULVIS È CHELIS CANCRORUM.

℞. Apicum nigrorum Chelarum Cancrorum, ...
. . . . . uncias tres.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 234 sur 489

Oculorum Cancrorum fluviatilium, ... }
Coralli rubri, ... }
Succini albi, præparatorum, } ana unciam unam.
Cornu Cervi philosophicè præparati, ... }
Viperarum siccatarum, . . . }
Margaritarum præparatarum, . } ana semi unciam.
Lapidis Besoardici orientalis, . }

Misce. Fiat Pulvis.

PULVIS ABSORBENS.

℞. Vitrioli Martis, ... grana sex.
Testarum Ostræorum præparatarum, ... }
Oculorum Cancrorum fluviatilium præparatorum, . . } ana semi scrupulum.
Coralli rubri præparati, . . }
Antimonii diaphoretici, . . }
Cinnabaris factitiæ, . . . }
Laudani opiati, ... granum unum.
Olei Caryophyllorum, ... guttam unam.

Misce. Fiat Pulvis ex tempore parandus.

PULVIS DIAMBRÆ.

℞. Cinnamomi acuti, . . . }
Zedoariæ, ... }
Caryophyllorum, ... }
Macis, ... } ana drachmas tres.
Nucis Moschatæ, ... }
Malabathri, ... }
Galangæ minoris, ... }
Ligni Aloes, ... }
Santali Citrini, ... } ana drachmas duas.
Corticum Citrei siccatorum, }

Ligni

Ligni Saſſafras, ... }
Cardamomi majoris, . . . } ana drachmam unam.
minoris, . . }
Ambræ cineritiæ, ... }

Fiat omnium Pulvis tenuiſſimus.

PULVIS LÆTIFICANS.

℞. Croci optimi, ...
Zedoariæ, ... }
Xiloaloes, ... }
Caryophyllorum, . . . }
Corticis mali Citrei ſicci, . }
Galangæ minoris, . . . } ana drachmas duas & ſemis.
Macis, ... }
Nucis Moſchatæ, . . . }
Styracis calamitæ, . . . }
Seminum Ocymi, . . . }
Aniſi, ... }
Raſuræ Eboris, ... } ana drachmam unam.
Thymi, ... }
Epithymi, ... }
Margaritarum præparatarum, }
Oſſis è corde Cervi, . . }
Caphuræ, ... } ana ſemi drachmam.
Ambaræ cineritiæ, . . . }
Moſchi Orientalis, ... ſemi ſcrupulum.

Fiat Pulvis ſecundùm artem.

PULVIS VIPERINUS.

℞. Truncorum, Cordium & Hepatum Viperarum in umbrâ ſiccatorum, & minutim inciſorum, ... quantum vis.

Fiat Pulvis ex tempore parandus.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 236 sur 489

PULVIS ARI COMPOSITUS.

℞. Radicum Ari præparatarum, . . . uncias duas.
Acori veri, . . . }
Pimpinellæ ſaxifragæ, } ana unciam unam.
Oculorum Cancrorum præparatorum, . ſemi unciam.
Cinnamomi acuti, ... drachmas tres.
Salis de duobus, ... drachmas duas.
Ammoniaci, ... ſcrupulos duos.

Fiat omnium Pulvis, in vaſe vitreo ritè obturato ſervandus.

PULVIS DE CHALYBE COMPOSITUS.

℞. Limaturæ ferri præparatæ, . . . uncias duas.
Cinnamomi, ... drachmas ſex.
Myrrhæ, ... ſemi unciam.
Radicum Ariſtolochiæ rotundæ, . . }
Rubiæ majoris, . } ana drachmas duas.
Pimpinellæ ſaxifragæ, . . }
Seminum Leviſtici, . . }
Apii, . . . } ana drachmam unam & ſemis.
Seſeleos, . . }
Summitatum Thymi, . . . }
Rutæ, ... }
Matricariæ, . . }
Calaminthes montanæ, . . . } ana drachmas quatuor.
Arthemiſiæ, . . }
Nepetæ, . . . }
Sabinæ, . . . }
Macis, ... drachmam unam.

Fiat omnium Pulvis.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 237 sur 489

PULVIS ASTRINGENS.

℞. Radicum Tormentillæ, . . } ana drachmas tres.
Symphyti majoris, }
Biſtortæ, . . . }
Florum Balauſtiorum, . . } ana drachmas duas.
Granorum Kermes, . . . }
Seminum Plantaginis, . . } ana drachmam unam.
Berberis, . . }
Raſuræ Eboris, . . drachmam unam & ſemis.
Sanguinis Draconis, ... drachmas duas.
Maſtiches, ... drachmam unam.
Succini, ... } ana drachmam unam. & ſemis.
Boli Armenæ, . . . }
Terræ ſigillatæ, . . . }
Coralli rubri, præparatorum, . . . }
Catechu extracti, ... ſcrupulos duos.
Laudani, ... grana ſex.

Fiat omnium Pulvis.

PULVIS STERNUTATORIUS.

℞. Foliorum ſiccatorum Majoranæ, } ana drachmam unam.
Betonicæ, }
Florum ſiccatorum Lilii convallium, . . }
Foliorum ſiccatorum Azari, . ſemi drachmam.

Fiat Pulvis.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 238 sur 489

PULVIS CONTRA RABIEM.

℞. Foliorum Rutæ, ...
Verbenæ, ...
Salviæ, ...
Plantaginis, . . .
Absynthii vulgaris,
Menthæ, ...
Arthemisiæ, . . .
Melissæ, ...
Betonicæ, ...
Hyperici, ...
Centaurii minoris,
Polypodii, ... } ana quantum vis.

Legantur singula quo tempore viribus pollent maximis. Papyro seorsim involuta in umbrâ siccentur, terantur & fiat Pulvis.

PULVIS ARTHRITICUS AMARUS.

℞. Radicum Gentianæ, . . .
Centaurii majoris,
Aristolochiæ rotundæ, . . .
Foliorum Chamædryos, . .
Chamæpithyos, .
Summitatum Centaurii minoris, ... } ana quantum vis.

Fiat omnium Pulvis.

PULVIS ARTHRITICUS PURGANS.

℞. Seminum Cardui benedicti,
Carthami, . . . } ana drachmas duas.
Cremoris Tartari, ...
Foliorum Sennæ mundatorum, } ana semi unciam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 239 sur 489

Cinnamomi, acuti, ... drachmam unam.
Diacridii, ... }
Radicum Salſæparillæ, . } ana drachmas duas.
Chinæ, . . . }
Ligni Guajaci, . . . }
Fiat omnium Pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS CORNACHINI, SIVE DE TRIBUS.

℞. Diacridii, ... }
Cryſtallorum Tartari, . . . } ana quantum vis.
Antimonii Diaphoretici, . . }
Fiat omnium Pulvis.

PULVIS HYDRAGOGUS.

℞. Radicis Jalappæ, ... ſemi unciam.
Mechoacanæ, ... drachmas duas.
Cinnamomi, ... }ana ſcrupulos quatuor.
Rhei electi, ... }
Gummi Guttæ, ... ſemi drachmam.
Foliorum Soldanellæ ſiccatorum, ... }
Seminum Ebuli, ... } ana drachmam unam.
Aniſi, ... }
Fiat omnium Pulvis.

SACCARUM VERMIFUGUM.

℞. Mercurii è Cinnabari redivivi, . . . unciam unam.
Sacchari albiſſimi, ... uncias duas.
Tere ſimul in mortario marmoreo, donec Mercurius ſit penitùs extinctus.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 240 sur 489

CONFECTIONES.

CONFECTIO DE HYACINTHO.

℞. Lapidum Hyacinthorum præparatorum, ... unciam semissem.
Terræ Sigillatæ
Occulorum Cancrorum præparatorum, ... ana uncias tres.
Cinnamomi, ... unciam unam.
Foliorum dictami cretici, . } ana drachmas tres
Santali Citrini, ... }
Mirrhæ Electæ, ... drachmas duas.

Fiat omnium pulvis tenuissimus.

Tum

℞. Croci seorsìm pulverati, . . . unciam semis.
Syrupi limonum, ... libras duas.

Nota Primò, Syrupum de limonibus frigidum esse debere, cum croco admiscetur, in vase faventino, cum pistillo ligneo.

Secundò, reliquum pulverem deinde admiscendum esse.

Tertiò, ut debita Confectionis consistentia permaneat, pro unaquâque Confectionis librâ, adjiciendam esse Mellis Narbonensis optimi, ... unciam unam.

Denique Folia Auri & Argenti, si lubet, Confectioni peractæ commiscentur.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 241 sur 489

CONFECTIO ALKERMES.

℞. Pulveris Granorum Kermes, vulgò *Paſtel de Kermes* ou *d'Ecarlate*, ... unciam unam.
Santali Citrini, ... unciam unam & ſemis.
Ligni Aloes, ... ſemi unciam.
Rodii, ... drachmam unam & ſemis.
Roſarum rubrarum, ... drachmas ſex.
Cinnamomi acuti, ... uncias tres.
Caſſiæ ligneæ, ... drachmas tres.
Coccinellæ, ... drachmas duas.
Margaritarum Orientalium præparatarum, . . } ana unciam unam.
Coralli rubri præparati, . }
Foliorum Auri, ... ſcrupulum unum.

Fiat ſecundùm artem Pulvis tenuiſſimus. Tum

℞. Syrupi Kermeſini, ... uncias quatuor.
Caleſiat Balneo Maris; & per ſetaceum trajiciatur.

Inſpiſſentur Balneo Maris ad Syrupi conſiſtentiam, cui ferè refrigerato adde

Pulveris ſuprà deſcripti, . . drachmas quatuor.

Miſce, fiat ſecundùm artem Confectio.

ELECTUARIA.

ELECTUARIA ALTERANTIA.

THERIACA.

℞. Trochiſcorum Scylliticorum, . . . uncias ſex.
Viperinorum, .
Hedichroi, . . } ana uncias tres.
Piperis longi, ... }
Opii Thebaïci, ... }
Agarici albi, ... }
Iridis Florentinæ, ... }
Cinnamomi acuti, ... }
Scordii, ... } ana unciam unam & ſemis.
Roſarum rubrarum exungulatarum & exſiccatarum, . }
Seminis Buniadis, ... }
Succi Glycyrrhizæ, ... }
Opobalſami veri, ... }
Radicum Pentaphylli, . . }
Coſti Arabici, . . }
Zinziberis, . . . }
Rhapontici veri, . }
Caſſiæ ligneæ, ... }
Calaminthes montanæ, . . } ana drachmas ſex.
Foliorum Dictamni Cretici, }
Verticillorum Praſſii, . . }
Nardi Indicæ, ... }
Stœchados Arabicæ, . . . }
Scœnanthos, ... }

Croci,

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 243 sur 489

Croci, ... }
Seminum Petroſelini Macedonici, . . }
Piperis nigri, . . } ana drachmas ſex.
Myrrhæ Troglodyticæ, . . }
Thuris maſculi, ... }
Terebinthinæ Chiæ, . . . }
Corticum Citrei ſiccatorum. }

Radicum Gentianæ, ... }
Acori veri, . . . }
Mei Athamantici, . }
Valerianæ majoris, }
Nardi Celticæ, . . }
Foliorum Chamæpithyos, . }
Chamædryos, . . }
Malabathri, . . . }
Comarum Hyperici, . . . }
Polii montani, . . }
Amomi racemoſi, ... }
Carpobalſami, ... }
Cardamomi minoris, . . . } ana ſemi unciam.
Seminum Ammeos, . . . }
Thlaſpeos, . . }
Aniſi, ... }
Fœniculi, . . . }
Seſeleos Maſſilienſis, . . }
Succorum Hypocyſtidis, . . }
Acaciæ, . . . }
Styracis calamitæ, . . . }
Gummi Arabici, ... }
Sagapeni, . . . }
Terræ Lemniæ, ... }
Chalcitidis uſtæ, ... }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 244 sur 489

Radicis Ariſtolochiæ tenuis, . .
Comarum Centaurii minoris, . .
Dauci Cretici, . . .
Opopanacis, ...
Galbani, ... } ana drachmas duas.
Caſtorei, ...
Bituminis Judaïci, . .
Mellis Narbonenſis, ... triplum.
Vini Hiſpanici, . . . quantitatem ſufficientem diſſolvendis ſuccis, & gummi diluendis.

Mel in vino Hiſpanico dilutum coletur, abſque deſpumatione. Opium vino ſenſim diluatur. Gummi & reliqui ſucci ſimul vini ſufficienti quantitate diſſolvantur & colentur.

Primò, Opium dilutum cum toto melle permiſceatur; poſt, ſuccus glycyrrhizæ ſolutus; deinde gummi; poſtea chalcitis, tandemque balſamum; tritique pulveres non affatim, ſed paulatim adjiciantur.

Maſſa verò ritè ſubacta per annum in vaſe clauſo, ad fermentationem reponatur.

THERIACA DIATESSARON.

℞. Radicum Gentianæ, . . .
Ariſtolochiæ rotundæ, } ana uncias duas.
Baccarum Lauri, ...
Myrrhæ electæ, ...
Mellis optimi deſpumati, } ana uncias duodecim.
Extracti Juniperi, . . . }

Fiat ex arte Electarium.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 245 sur 489

THERIACA CŒLESTIS.

℞. Extracti Radicum Angelicæ sativæ, . .
Aristolochiæ rotundæ, .
Contrayervæ,
Enulæ Campanæ, . .
Gentianæ, .
Tormentillæ,
Valerianæ sylvestris, . .
Vincetoxici, .
Viperinæ, . .
Zedoariæ, . .
Foliorum Cardui benedicti, . .
Centaurii minoris, . .
Scordii, . . } ana drachmas tres.

Extracti Opii, ... unciam unam.
Resinæ Cascarillæ, . . } ana drachmam unam.
Ladani, ... }
Lachrymarum Styracis calamitæ, . drachmas tres.
Myrrhæ, ... semi unciam.
Galbani, . } ana drachmas duas.
Mastiches, . }
Opopanacis, }
Resinæ Guajaci, ... drachmam unam.
Camphoræ, ... scrupulum unum.
Croci Orientalis, ... drachmam unam.
Castorei, ... semi drachmam.
Pulveris Viperarum, ... } ana semi unciam.
Cinnabaris Antimonii lævigatæ, . . . }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 246 sur 489

Salium volatilium Cornu Cervi, . } ana drachmam
Succini, . . . } unam & ſemis.
Ambræ cineritiæ, ... ſcrupulum unum.
Balſami Peruviani liquidi, . . . drachmas tres.
Oleorum eſſentialium Caryophyllorum, }
Corticis citrei, . } ana guttas
Juniperi, . . . } duodecim.
Succini rectificati, }
Oleorum eſſentialium ſimul diſtillatorum
Cardamomi, . . . }
Cinnamomi, . . . }
Cubebarum, . . . } ſcrupulos duos.
Macis, ... }
Nucis Moſchatæ, . . }

Pulveranda pulverentur. Reſinæ & Balſama in mortario ferreo, Balneo Maris, ſimul contundendo, miſceantur. Extracta liquefiant eodem Balneo; atque Reſinis & Balſamis ſenſim addantur. Salia denique volatilia Maſſæ frigefactæ, trituratione miſceantur, & ex omnibus fiat Maſſa, cui adde Olea eſſentialia. Maſſam hanc in mortario ſupradicto diù quaſſatam & penitùs coadunatam ſervabis ad uſum.

MITHRIDATIUM.

℞. Myrrhæ, ... }
Croci, ... }
Agarici, ... }
Zinziberis, ... } ana drachmas decem.
Cinnamomi, ... }
Nardi Indicæ, ... }
Thuris maſculi, ... }
Seminis Thlaſpeos, . . . }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 247 sur 489

Seminis Seſeleos, ...
Opobalſami veri, ...
Schœnanthi, ...
Stœchados Arabicæ, . . .
Coſti Arabici, ...
Galbani, ...
Terebinthinæ Chiæ, . . . } ana unciam unam.
Piperis longi, ...
Caſtorei, ...
Succi Hypocyſtidis, . . .
Styracis calamitæ, ...
Opopanacis, ...
Malabathri, ...

Caſſiæ ligneæ, ...
Polii montani, ...
Piperis albi, ...
Scordii, ... } ana drachmas ſeptem.
Seminis Dauci Cretici, .
Carpobalſami, ...
Trochiſcorum Cypheos,
Bdellii, ...

Nardi Celticæ, ...
Gummi Arabici, ...
Seminis Petroſelini Macedonici, . . .
Opii Thebaïci, ...
Cardamomi minoris, . . .
Seminum Fœniculi, . . . } ana drachmas tres.
Aniſi, ...
Radicum Gentianæ, . . .
Acori veri, . . .
Valerianæ majoris, . .
Sagapeni, ...

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 248 sur 489

Mei Athamantici, . . . }
Acaciæ, ... } ana drachmas duas
Lumborum Scinci, . . . } & semis.
Comarum Hyperici, . . }
Mellis Narbonensis, ... triplum.
Vini Hispanici, . quantum sufficit diluendis succis.

Misce. Fiat Opiata secundùm artem.

ORVIETANUM.

℞. Radicum Acori veri, . . }
Angelicæ, . . . }
Aristolochiæ rotundæ, . . } ana unciam unam.
Azari, ... }
Bistortæ, . . . }
Carlinæ, ... semi unciam.
Enulæ Campanæ, . . . uncias duas.
Gentianæ, . . }
Imperatoriæ, . . }
Ireos Florentinæ, } ana unciam unam.
Lapathi acuti, . }
Mei, ... }
Valerianæ majoris, . . . uncias duas.
Zinziberis, ... unciam unam.
Foliorum Absynthii majoris, . unciam unam & semis.
Cardui benedicti, . }
Chamædryos, . . . }
Dictamni Cretici, . } ana semi unciam.
Rutæ, ... }
Scordii, ... }
Lauri, ... }
Menthæ hortensis, } ana semi unciam.
Origani, . . . }
Prassii albi, . . . }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 249 sur 489

Foliorum Roriſmarini, . . . }
Salviæ, ... } ana uncias duas.
Thymi, ... }
Florum Lavandulæ, . . . }
Roſarum rubrarum, } ana uncias duas.
Foliorum & Florum Tanaceti, }
Foliorum & Radicum Nardi Celticæ, ...
. . . . . drachmam unam.
Baccarum Lauri vel Juniperi, . . unciam unam.
Piperis Jamaicenſis, . . . uncias duas.
Seminum Aniſi, ... }
Apii dulcis, . . }
Cumini, . . . } ana unciam unam.
Dauci ſativi, . . }
Sinapi, ... }
Caryophyllorum, . }
Nucis Moſchatæ, . } ana ſemi unciam.
Corticum Canellæ albæ, . . }
Cinnamomi, . . }
Boli Armenæ, ... unciam unam.
Gummi Arabici, ... uncias duas.
Aſſæ fœtidæ, ... ſemi unciam.
Myrrhæ, ... unciam unam.
Succi liquiritiæ, ... uncias ſex.
Opii electi, ... uncias duas.
Balſami Peruviani, ... ſemi unciam.
Pulveris Viperarum, ... uncias quatuor.
Calchanti ad albedinem uſti, . . . uncias duas.
Terebinthinæ, claræ, ... uncias duas.
Extracti Juniperi, ... uncias quatuor.
Mellis albi, ... quantitatem ſufficientem.

Fiat ex Arte Antidotum.

ORVIETANUM PRÆSTANTIUS.

℞. Radicum Vincetoxici, ...
Carlinæ, ...
Angelicæ, ...
Anthoræ, ...
Helenii, ... } ana uncias tres.
Viperinæ virginianæ,
Petasitidis, ...
Valerianæ, ...
Fraxinellæ, ...

Foliorum Dictamni Cretici, }
Scordii, ... } ana uncias quatuor.
Rutæ, ...

Myrrhæ electæ, ... }
Terræ sigillatæ, ... } ana unciam unam.
Sulphuris citrini, ... }

Galbani, ... unciam unam & semis.
Croci, ... unciam unam & drachmas sex.
Cinnamomi, ... } ana semi unciam.
Caryophyllorum, . . . }
Laudani, ... drachmas sex.
Oleorum stillatitiorum Succini, . } ana drachmam
Citrei, . } unam & semis.
Salis volatilis Viperarum, . . drachmas septem.
Pulveris Viperini, ... uncias duas.
Extracti Juniperi, ... libras decem.
Vini Hispanici, . . quantitatem sufficientem.

Pulveranda pulverentur; deinde Theriacæ exemplo, ex arte fiat Antidotum.

DIASCORDIUM.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 251 sur 489

DIASCORDIUM.

℞. Foliorum Scordii ſiccatorum, ... unciam unam & ſemis.
Roſarum rubrarum, . . .
Radicum Biſtortæ, ...
Gentianæ, . . .
Tormentillæ, . .
Caſſiæ ligneæ, ...
Cinnamomi, ... } ana ſemi unciam.
Dictamni Cretici, ...
Seminis Berberis, ...
Styracis calamitæ, ...
Galbani, ...
Gummi Arabici optimi, . .
Boli Orientalis præparatæ, ... uncias duas.
Laudani, ... } ana drachmas duas.
Zinziberis, ... }
Piperis longi, ... }
Mellis Roſati colati, ad conſiſtentiam cocti, ... libras duas.
Vini Canarini generoſi, . quantitatem ſufficientem.

Fiat ex arte Electarium, quod ſæpius agitetur, donec conſiſtentiam debitam acquiſiverit.

PHILONIUM ROMANUM.

℞. Piperis albi, ... } ana drachmas quinque.
Seminis Hyoſciami albi, }
Opii Thebaïci, . . . drachmas duas & ſemis.
Caſſiæ ligneæ aromaticæ, . . } ana drachmam unam & ſemis.
Cinnamomi acuti, }
Seminis Apii, ... } ana drachmam unam.
Caſtorei, ... }
Coſti, ... }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 252 sur 489

Seminum Petroſelini, . . } ana ſcrupulos duos
Fœniculi, . . . } & grana quinque.
Dauci Cretici, . }
Nardi Indicæ, ... } ana grana quindecim.
Pyrethri, ... }
Zedoariæ, ... }
Croci, ... ſcrupulum unum.
Mellis optimi, ... uncias novem.

Fiat Electuarium ſecundùm artem.

REQUIES NICOLAI.

℞. Roſarum rubrarum exungulatarum, . . } ana drachmas tres.
Florum Violarum, . . }
Seminum Hyoſciami albi, }
Lactucæ, . . }
Papaveris albi, . }
Portulacæ, . . }
Pſylii, . . . }
Scariolæ, . . } ana drachmam unam
Corticis radicis Mandragoræ, . . . } & ſemis.
Laudani, ... }
Zinziberis, ... }
Nucis Moſchatæ, . . . }
Cinnamomi, ... }
Santalorum rubri, . . . }
citrini, . . . }
albi, . . . } ana ſcrupulos duos.
Spodii ex Ebore, . . . }
Gummi Tragacanthi, . . }
Mellis Roſati, . . . quantitatem ſufficientem.

Fiat ex arte Electuarium molle.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 253 sur 489

OPIATA SALOMONIS.

℞. Radicum ſiccatarum Acori veri, . . . } ana uncias
Enulæ Campanæ, } quatuor.
Fraxinellæ, . . . }
Contrayervæ, drachmam unam.
Gentianæ, . drachmas duas.
Ligni Aloes, ... drachmas duas.
Corticum Canellæ albæ, . }
Caſcarillæ, . . }
Cinnamomi, . } ana drachmas duas.
Limonum ſiccatorum, . . }
Macis, ... }
Baccarum Juniperi, . . } ana drachmam unam.
Caryophyllorum, . . . }
Seminis contra vermes, ... ſemi unciam.
Seminum mundatorum Cardamomi minoris, . .
. . . . . drachmam unam.
Cardui benedicti, }
Limonum, . . } ana ſemi
Foliorum Dictamni Cretici, ... } unciam.
Florum Roſarum rubrarum exungulatarum, . . }
Raſuræ Cornu Cervi, ... drachmas duas.
Fiat omnium Pulvis tenuiſſimus. Tum

℞. Sacchari Roſati, ... } ana uncias octo.
Corticis Citrei Saccharo conditi, }
Conſervæ Florum Bugloſſi, . . }
Roriſmarini, . } ana uncias duas.
Tunicæ, . . }
Mithridatii, ... unciam unam.
Ex omnibus ritè mixtis, cum
Syrupi de Limonibus, . . ſufficienti quantitate.
Fiat ſecundùm artem Opiata.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 254 sur 489

ELECTARIUM DE BACCIS LAURI.

℞. Baccarum Lauri, . . unciam unam & ſemis.
Foliorum Rutæ ſiccatorum, . . unciam unam.
Sagapeni, ... } ana ſemi unciam.
Opopanacis, ... }
Seminum Ammeos, . .
Cumini, . . .
Nigellæ Romanæ,
Liguſtici, . . .
Carvi, ...
Dauci Cretici, .
Acori veri, ...
Origani totius, ... } ana drachmas duas.
Amygdalarum amararum excorticatarum, . .
Piperis nigri, ...
longi, ...
Menthaſtri, ...
Caſtorei, ...
Mellis optimi, ... uncias viginti.

Miſce, fiat ex arte Electarium.

DENTIFRICIUM.

℞. Coralliorum rubrorum, }
Oſſis Sepiæ, ... } ana drachmam unam.
Sanguinis Draconis, . }
Cinnamomi pulverati, ... ſemi drachmam.
Laccæ granuloſæ, ... grana octo.
Olei Caryophyllorum, . . . guttas quatuor.
Mellis Narbonenſis, . quantitatem ſufficientem ad Opiatæ conſiſtentiam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 255 sur 489

ELECTARIA PURGANTIA.

CASSIA COCTA.

℞. Pulpæ Caſſiæ, ... libram unam.
Syrupi Violarum, ... uncias duodecim.
Sacchari pulverati, ... uncias tres.

Vaporent Balneo Maris ad Extracti mollis conſiſtentiam, cui refrigerato adde

Aquæ eſſentialis florum Arantiorum, . unciam unam.

Serva ad uſum.

LENITIVUM.

℞. Hordei integri, ...
Radicis ſiccæ Polipodii querni contuſæ, ...
Paſſularum exacinatarum, . . } ana uncias duas.

Jujubas, ... }
Sebeſten, ... } ana numero viginti.
Pruna Damaſcena, . . . }

Tamarindorum, ... uncias duas.
Foliorum recentium Linguæ cervinæ, ...
. . . . . unciam unam & ſemis.
Mercurialis, . uncias quatuor.
Florum Violarum recentium, . uncias quinque, vel horum loco
Seminis Violarum, ... unciam unam.
Glycyrrhizæ raſæ & contuſæ, . unciam unam.

Fiat Decoctum in

Aquæ, ... ſufficienti quantitate, dum quinque libræ ſuperſint, addendo

Foliorum Orientalium mundatorum, . uncias duas.
Seminis Fœniculi dulcis, . . . drachmas duas.
Colaturæ libris tribus adde
Sacchari, ... libras duas & ſemis.
Coque in Syrupum, in quo dilue
Pulpæ Prunorum cum parte unâ decocti ſuperſtitis coctorum, & trajectæ,
Tamarindorum cum reliquo decocto paratæ,
Caſſiæ, ... } ana uncias ſex.
Sennæ pulveratæ, ... uncias quinque.
Seminis Aniſi pulverati, . . . drachmas duas.
Miſce. Fiat Electuarium.

CATHOLICUM DUPLICATUM RHEO.

℞. Radicis Polypodii querni contuſæ, . . ſemi libram.
Cichorii, ... uncias duas.
Glycyrrhizæ, ... unciam unam.
Foliorum Agrimoniæ, . . .
Scolopendrii, . . } ana uncias tres.
Coquantur igne moderato in
Aquæ, ... libris ſex.
ad quattuor. Sub finem ab igne retrahendo, adde
Seminis Fœniculi, . . unciam unam & ſemis
infundatur per quadrantem horæ. Tum cola & exprime. Colatura cum
Sacchari optimi, ... libris quatuor.
Coquatur ad Electuarii mollis conſiſtentiam. Ab igne remotis admiſce
Pulpæ Caſſiæ, ... }
Tamarindorum, . . } ana uncias quatuor.
Deinde ſenſim adjice Pulverem paratum ex
Rhei electi, ... }
Foliorum Sennæ mundatorum, } ana unciis quatuor.
Glycyrrhizæ raſæ, ... unciâ unâ.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 257 sur 489

Seminum Violarum, ... unciis duabus.
Seminum quatuor frigidorum majorum mundatorum, ... ana drachmis tribus.

Fiat Electuarium ſecundùm artem.

DIAPRUNUM SIMPLEX.

℞. Radicis Polypodii contuſæ, . . . uncias duas.
Seminis Oxyacanthæ, . . }
Glycyrrhizæ raſæ & contuſæ, } ana unciam unam.
Florum Violarum recentium, . uncias quatuor.
vel horum loco
Seminis Violarum, ... unciam unam.

Coquantur in
Aquæ puriſſimæ, ... libris octo
ad tertiæ partis conſumptionem. In colaturâ defœcatâ coque
Prunorum acidulorum Damaſcenorum nigrorum, donec diſſolvi videantur, . . . libram unam & ſemis.

Pulpa per ſetaceum trajecta reponatur ſeorſim. In jure percolato coque ad Syrupi conſiſtentiam
Sacchari optimi, ... libras duas.
Succi Cydoniorum acidulorum, . . uncias ſex.

Adde & diſſolve
Pulpæ Prunorum, Balneo Maris inſpiſſatæ, ... libram unam.

Demùm inſperge
Pulverum Santali citrini, . . }
rubri, . . . } ana ſemi unciam.
Seminum Violarum,
Portulacæ,
Florum Roſarum ſiccarum, . . } ana unciam unam.

Fiat Electuarium.

DIAPRUNUM SOLUTIVUM.

℞. Diapruni ſuperiùs deſcripti, adhuc calentis, ... uncias duodecim.
Adde
Scammonii crudi lævigati, . . . ſemi unciam.

Exquiſitè miſceantur, piſtillo ligneo agitando. Et fiat Electuarium de Prunis ſolutivum.

CONFECTIO HAMECH.

℞. Polypodii querni ſiccati & contuſi, ... uncias quatuor & ſemis.
Prunorum dulcium, ſiccatorum & enucleatorum, . . } ana libram unam.
Paſſularum, rejectis acinis, . . }
Myrobalanorum Citrinarum, } ana uncias quatuor.
Chebularum, }
Indarum, . . }
Foliorum ſiccatorum Abſinthii vulgaris, ... unciam unam.
Seminum Violarum contuſorum, ... uncias tres & drachmas ſex.
Summitatum ſiccatarum Thymi, . . uncias duas.
Epithymi, ... uncias quatuor.

Macerentur per viginti-quatuor horas blando calore, in vaſe fictili vernigine linito, identidem agitando, cum
Seri Lactis vaccini, ... libris octodecim.

Deinde ferveſcant per horam unam; fiat colatura cum forti expreſſione. Magmati reſiduo, manibus fricato, affundatur aquæ communis quantitas ſufficiens. Bulliant per horam unam. Fiat colatura fortiter exprimenda, & cum priori miſcenda. Interim

℞. Rhabarbari optimi minutim conciſi, . uncias quinque.
Foliorum Sennæ mundatorum, . . . uncias duas.

Pulpæ

Pulpæ Colocynthidos minutìm inciſæ, & à ſeminibus repurgatæ, ... } ana uncias quatuor & ſemis.
Agarici albi minutìm ſecti, . }

Seminum Aniſi, ... } ana unciam unam & ſemis.
Fœniculi, . . . }
Roſarum rubrarum ſiccatarum, }

Macerentur per viginti-quatuor horas leni calore, identidem agitando, in

Succi Fumariæ, ... libris tribus.
Seri Lactis vaccini defœcati, . libris octodecim.

Deinde bulliant per horas duas & colentur, magma prælo ſubigendo. Quod quidem magma manibus fricatum ferveſcat denuò in aquæ communis quantitate ſufficiente. Decoctum fortiter expreſſum cum priori miſceatur; & utrumque cum primo decocto ſuprà deſcripto confundatur. Totum Decoctum per reſidentiam defœcatum, & poſteà per inclinationem effuſum, blando calore vaporet ad tertiæ partis conſumptionem: tum adde

Sacchari albi, ... libras tres.

Coquantur igne moderato ad Extracti mollioris ſpiſſitudinem, cui ſenſim permiſceantur

Manna, ... unciæ quatuor.
Pulparum recentium Caſſiæ fiſtulæ, . ſemi libra.
Tamarindorum, . unciæ decem.

Semi-refrigeratis, adjiciatur & permiſceatur ſecundùm artem Pulvis ſequens ſubtiliſſimè tritus.

℞. Diacrydii, ... uncias tres.
Myrobalanorum Citrinarum, }
Chebularum, } ana unciam unam.
Indarum, . . }

Bellericarum, }
Emblicarum, } ana drachmas ſex.
Rhabarbari optimi, . . . }
Seminis Fumariæ, ... }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 260 sur 489

Seminis Aniſi, . . . }
Spicæ-Nardi, . . . } ana drachmas quatuor.

Fiat Pulvis, lege artis in Electuario miſcendus: Et perfectum erit Electuarium.

ELECTUARIUM DE PSYLLIO.

℞. Succorum depuratorum Bugloſſi, . }
Borraginis, } ana libras
Endiviæ, . } duas.
Apii, . . }
Fumariæ, . ſemi libram.

Miſce, & in his macera per diem

Foliorum Sennæ, ... unciam unam.
Seminum Aniſi, ... }
Radicis Aſari, ... } ana ſemi unciam.
Adianthi albi, ... uncias duas.
Spicæ-Nardi, ... drachmas duas.

Omnia ſimul ferveſiant, quibus adde

Seminis Violarum, ... uncias duas.
Epithymi, ... unciam unam.

Parùm denuò bulliant, poſteà colentur. Colaturæ adde

Seminis Pſyllii integri, ... uncias tres.

Et macera per viginti-quatuor horas. Sæpiùs agitetur mixtura, deinde totam exprime mucilaginem, in quâ coque ad Syrupi conſiſtentiam,

Sacchari, ... libras tres.

Tum injice Pulverum

Diacrydii, ... uncias tres.
Roſarum rubrarum, . . . }
Rhei optimi, ... }
Glycyrrhizæ, ... } ana unciam unam.
Spodii ex Ebore ſupra porphyritem lævigati, . }
Seminum Oxyacanthæ, . . . drachmas duas.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 261 sur 489

Seminum Portulacæ, . .
Coriandri, . .
Aniſi, . . .
Fœniculi, . .
Gummi Tragacanthi, .
Maſtiches, ...
} ana drachmam unam.

Fiat Electuarium ſecundùm artem.

ECOLE SUPERIEURE DE PHARMACIE DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

HIERA PICRA.

℞. Cinnamomi, ...
Macis, ...
Radicis Aſari, ...
Croci, ...
Maſtiches, ...
} ana drachmas ſex.
Aloes Soccotorinæ, ... uncias duodecim.
Mellis optimi, ... libras tres.

Fiat Electuarium ſecundùm artem.

HIERA DIACOLOCYNTHIDOS.

℞. Stœchados Arabicæ, .
Praſſii albi, ...
Chamœdryos, ...
Agarici, ...
Colocynthidis, . . .
} ana drachmas decem.
Scammonii, ...
Radicis Hellebori nigri, . .
} ana drachmas ſex.
Caſtorei, ... drachmas tres.
Opopanacis, ...
Sagapeni, ...
Seminis Petroſelini, .
Ariſtolochiæ rotundæ, .
Piperis albi, ...
} ana drachmas quinque.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 262 sur 489

Cinnamomi, ...
Spicæ Nardi, ...
Myrrhæ, ... } ana drachmas quatuor.
Polii, ...
Croci, ...
Mellis optimi, ... libras tres.

Fiat Electuarium secundùm artem.

CARYOCOSTINUM.

℞. Costi, ...
Caryophyllorum, ...
Zingiberis, ... } ana drachmas duas.
Cumini, ...
Diacrydii, ... } ana semi unciam.
Hermodactylorum, ...
Mellis optimi, ... uncias sex.

Fiat Electuarium secundùm artem.

DIAPHŒNICUM.

℞. Pulpæ Dactylorum mundatorum, in hydromelite coctorum, per cribrum trajectæ, } ana semi libram.
Penidiorum recentium, . . . }
Amygdalarum dulcium excorticatarum, ...
. . . . . uncias tres & semis.

Contusis & permixtis omnibus adde

Mellis optimi, ... libras duas.

Coquantur paulatim; deinde insperge

Pulverum Zingiberis, ...
Piperis, ...
Macis, ...
Cinnamomi, ... } ana drachmas
Foliorum Rutæ siccorum, duas.
Seminum Dauci Cretici,
Fœniculi dulcis,

Turpethi tenuissimè triti, . . uncias quatuor.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 263 sur 489

Diacrydii, ... unciam unam & ſemis.
Miſce; fiat Electuarium ſecundùm artem.

BENEDICTA LAXATIVA.

℞. Turbith optimi, . . . } ana drachmas decem.
Corticis radicis Eſulæ præparati, . . }

Diacrydii, ... } ana drachmas quinque.
Hermodactylorum, . . }
Roſarum rubrarum, . . }

Caryophyllorum, . . . }
Spicæ Nardi, ... }
Zingiberis, ... }
Croci, ... }
Seminum Saxifragæ, . . }
Amomi, . . }
Apii, . . . }
Petroſelini, . }
Carvi, . . . }
Fœniculi, . . }
Aſparagi, . . } ana drachmam unam.
Bruſci, . . }
Milii Solis, . }
Cardamomi majoris, . . }
Macropiperis, . . . }
Macis, ... }
Galangæ minoris, . . }
Salis Gemmæ, ſeorſim in mortario marmoreo pulverati, ... }

Mellis optimi, ... libram unam & ſemis.

Fiat Electuarium, agitandum ſæpiùs, ut debitam acquirat conſiſtentiam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 264 sur 489

OPIATA MESENTERICA.

℞. Gummi Ammoniaci, ... semi unciam.
Foliorum Orientalium mundatorum, drachmas sex.
Aquilæ albæ, ... } ana drachmas duas.
Radicis Ari, ... }
Aloes soccotorinæ, . . . }
Pulveris Cornachini, . . . } ana drachmas tres.
Rhei electi, ... }
Limaturæ Martis præparatæ, . . . semi unciam.

Pulveranda pulverentur, & excipiantur cum sufficienti quantitate Syrupi de Pomis compositi. Fiat Opiata.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 265 sur 489

TABELLÆ.

TABELLÆ PURGANTES.

ELECTUARIUM DE SUCCO ROSARUM.

℞. Succi Roſarum pallidarum recentium, ... libram unam.
Sacchari optimi, . . . libram unam & ſemis.
Coquantur in Electuarium ſolidum igne lento. Inſperge ſemoto ab igne
Trium Santalorum exquiſitè tritorum, ... ana drachmam unam.
Maſtiches, ... drachmam unam.
Roſarum rubrarum ſiccarum pulveratarum, ... ſemi unciam.
Scammonii electi exquiſitè triti, drachmas undecim.
Fiant Tabellæ ſecundùm artem.

ELECTUARIUM DE CITRO.

℞. Corticis Citrei conditi, . .
Conſervæ Florum Violarum, .
Bugloſſi, .
Pulveris Diatragacanthi frigidi, recenter parati, . .
Scammonii electi, ... } ana ſemi unciam.
Turpethi, ... drachmas quinque.
Zingiberis, ... ſemi drachmam.
Foliorum Sennæ, ... drachmas ſex.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 266 sur 489

Rhei electi, ... drachmas duas & semis.
Caryophyllorum, . . . }
Santali Citrini, ... } ana scrupulum unum.
Sacchari optimi, in aquâ Rosarum soluti, & ex arte cocti, ... uncias decem.
Fiat Electuarium solidum, dividendum in Tabellas.

ELECTUARIUM DIACARTHAMI.

℞. Medullæ seminum Carthami,
Pulveris Diatragacanthi frigidi,
Hermodactylorum, ...
Diacrydii, ... } ana unciam unam.
Turbith electi, ... unciam unam & semis.
Zingiberis, ... semi unciam.
Mannæ, ... uncias duas & semis.
Mellis rosati colati, . . }
Carnis Cydoniorum conditæ, } ana uncias duas.
Sacchari optimi in aquâ soluti, & in Electuarium solidum cocti, ... libram unam & uncias sex.
Fiat Electuarium secundùm artem.

TABELLÆ DE RHABARBARO.

℞. Rhei electi pulverati, ... semi unciam.
Sacchari albissimi, ... uncias sex.
Mucilaginis Gummi Tragacanthi cum aquâ Cinnamomi parati, ... sufficientem quantitatem.
Fiant Tabellæ secundùm artem.

TABELLÆ

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 267 sur 489

TABELLÆ ALTERANTES.

TABELLÆ BECHICÆ.

℞. Syrupi Diacodii in hoc Codice deſcripti, ... libram unam & ſemis.

Coque ad conſiſtentiam Electuarii ſolidi. Ab igne remoto admiſce Pulverum

Radicis Althææ, ... } ana drachmas tres.
Glycyrrhizæ, . . }
Ireos Florentinæ, . . drachmam unam.
Gummi Tragacanthi, . . . drachmas duas.

Fiant Tabellæ ſecundùm artem.

ROTULI BECHICI,

vulgò, CONFECTIO DE REBECHA.

℞. Sacchari albiſſimi tenuiſſimè pulverati, . libras tres.
Iridis Florentinæ pulveratæ, . } ana ſemi unciam.
Gummi Arabici pulverati, . }
Glycyrrhizæ pulveratæ, . . unciam unam & ſemis.

Omnia pulverata, & accuratè commiſta, ſubigantur cum mucagine paratâ ex

Gummi Tragacanthi, ... ſemi unciâ,
Et Aquæ Naphæ, . . . quantitate ſufficienti.

Fiat maſſa, ex quâ formentur bacilli exſiccandi, & uſui reponendi.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 268 sur 489

SACCHARUM HORDEATUM.

Paratur ex Saccharo in decocto Hordei, cum tantillo Croci soluto, & albuminibus ovorum ritè depurato. Saccharum solutum, debitè clarificatum, igni admotum lentè bullire sinitur, donec in magnas attollatur bullas. Deindè ubi ad Electuarii solidi consistentiam coctione pervenit, in tabulam marmoream, oleo amygdalino inunctam effunditur, ubi promanantes ejus extremitates versùs medium reducuntur, usquedum Saccharum Resinæ lariceæ instar lentescat, ex quo, digitis oleo inunctis, formentur bacilli translucidi, succini ad instar.

PENIDIA.

Penidia, quæ & Alphenicum quoque in officinis dicuntur, constant ex Saccharo albissimo in decoctione hordei cocto ad Electuarii solidi, seu Tabellæ, ut aiunt, spissitudinem, tum Saccharum calens adhuc supra marmor oleo amygdalarum dulcium illitum projicitur; & cùm minùs calens est, & jam spissescit, manibus etiam oleo amygdalino illitis contrectatur, subigitur, donec consistentiam ductilem acquisiverit: tum massa unco ferreo trabeculæ affixo adducitur, reducitur, trahiturque denuò, quousque dealbetur; tandem in fila ducitur tenuiora, crassiora, breviora, aut longiora, & sæpiùs intorta, quæ statim indurescunt. Antequam massa suprà marmor effundatur, ad gratiam addi possunt olei stillatitii flavedinis mali Citrei guttæ aliquot.

SACCHARUM ROSATUM.

℞. Sacchari albissimi, ... libram unam.
Aquæ Rosarum fragrantissimæ, . uncias quatuor.
Coque in Electuarii solidi consistentiam; hinc supra marmor effunde, ut fiant Tabellæ.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 269 sur 489

Vel igne lento exsicca, pistillo ligneo indesinenter massam agitando, dum in Pulverem abeat.

TABELLÆ DE ALTHÆA.

℞. Pulpæ Radicis Althææ per setaceum trajectæ, ... uncias duodecim.
Sacchari, ... libras duas.
Aquæ Naphæ, ... uncias duas.

Coque ad Electuarii solidi spissitudinem; Fiant Tabellæ secundùm artem.

TABELLÆ DE ALTHÆA SINE IGNE.

℞. Radicis Althææ exsiccatæ, & in subtilissimum pulverem redactæ, ... unciam unam.
Sacchari albissimi tenuissimè pulverati, ... uncias quatuor.

Accuratè misceantur, & fiat ex his massa cum mucagine Gummi Tragacanthi, de quâ posteà formentur Tabellæ secundùm artem.

Eodem modo parari possunt

Tabellæ de Radice Symphyti majoris,
de Radice Pœoniæ maris, &c.

Nota. Tabellis de Radicibus, quæ sapore acri & aromatico pollent, majorem Sacchari quantitatem adhibendam esse.

TABELLÆ DE SULPHURE.

℞. Florum Sulphuris, ... drachmas quatuor.
Sacchari albi, ... uncias quatuor.

Saccharum in aquâ Rosarum solutum coquatur ad Electuarii solidi spissitudinem. Tum admisce Flores Sulphuris, & fiant Tabellæ secundùm artem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 270 sur 489

TABELLÆ SULPHURIS COMPOSITÆ.

℞. Florum Sulphuris, ... drachmas duas.
Benzoini, ... semi scrupulum.
Gummi Arabici; . . . .
Speciorum Diaireos, . . } ana drachmam unam.
Balsami Sulphuris anisati, . . . semi scrupulum.
Sacchari albissimi pulverati, . . . uncias sex.
Cum sufficienti quantitate mucilaginis Gummi Tragacanthi, fiant Tabellæ secundùm artem.

TABELLÆ DE CHALYBE.

℞. Limaturæ ferri præparatæ, . . . semi unciam.
Cinnamomi pulverati, . . . drachmam unam.
Sacchari albissimi pulverati, . . uncias quinque.
Cum mucilagine Gummi Tragacanthi, aquâ Cinnamomi extractâ, fiant Tabellæ secundùm artem.

TABELLÆ DE OCULIS CANCRORUM.

℞. Oculorum Cancrorum ritè præparatorum, . . .
. . . . . unciam unam.
Sacchari albissimi subtilissimè pulverati, . . .
. . . . . uncias quatuor.
Accuratè misceantur in mortario marmoreo, & cum sufficienti quantitate mucaginis Gummi Tragacanthi, aquâ Naphæ extractæ, fiat massa, ex quâ formentur Tabellæ vel Pastilli secundùm artem.

Eodem modo parari possunt.

Tabellæ de Matre Perlarum,
de Margaritis,
de Coralliis,
de Terrâ Japonicâ, &c.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 271 sur 489

TABELLÆ ABSORBENTES ET ROBORANTES.

℞. Terræ Japonicæ ſelectæ, . unciam unam & ſemis.
Corallii rubri, ...
Matris Perlarum, ... } ana unciam unam &
Oculorum Cancrorum præ- } drachmas ſex.
paratorum, . .
Cinnamomi ſubtiliſſimè pulverati, ... drachmas quinque.
Caſſiæ ligneæ pulveratæ, . drachmam unam & ſemis
Sacchari candi tenuiſſimè triti, . . libram unam & uncias duodecim.
Gummi Tragacanthi, ... drachmas tres.
Aquæ Cinnamomi Simplicis, . . quantum ſatis.
Fiant Tabellæ ſecundùm artem.

TABELLÆ STOMACHICÆ.

℞. Pulpæ Corticum Citrei, . . } ana ſemi unciam.
Arantiorum }
conditorum, }
Pulverum Cinnamomi acuti, . . drachmas duas.
Diatrium Santalorum, . drachmas tres & ſemis.
Menthæ ſiccæ, . } ana ſemi drachmam.
Macis, . . . }
Olei Caryophyllorum, . . . guttas quatuor.
Sacchari albiſſimi in aquæ Naphæ ſufficienti quantitate ad Electuarii ſolidi conſiſtentiam cocti, . ſemi libram.
Fiant ex arte Tabellæ.

Nota. Si ex Pulveribus metallicis, abſorbentibus, aut volatilibus fiant Tabellæ, compingendæ ſunt cum ſufficienti quantitate mucilaginis Gummi Tragacanthi.

Si verò ex aliis ſpeciebus, per coctionem præparantur Tabellæ; pro Pulverum ſemi-unciâ, adhibendæ ſunt circiter unciæ ſex

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 272 sur 489

Sacchari, ad Electuarii solidi consistentiam cocti. Atque tunc non Oleum Amygdalarum dulcium, quod rancidum fit, sed Oleum Nucis Ben, in *Manipulatione* adhibendum est.

MASSA LIQUIRITIÆ ALBA ET MOLLIS.

℞. Radicis Glycyrrhizæ recentis, decorticatæ, & in taleolas sectæ, ... uncias quatuor.

Infunde calidè per duodecim horas in aquæ communis, ... libris quatuor,

In colaturâ dissolve

Gummi Senegal albissimi & electi, ... libras duas & semis.

Sacchari albissimi, . libras duas & uncias quatuor.

Fiat colatura, & humor superfluus exhalet igne aperto, ad spissitudinem Extracti, continuè movendo. Tum fortiter & assiduè conteratur & subigatur massa cum Pistillo ligneo, donec albescat, identidem inspergendo spumam albuminis ovorum recentium, ... numero sex. conquassati cum aquæ Naphæ, ... semi-unciâ. Massa nivei coloris, indesinenter agitata, inspissetur calore blando, usquedum spatulæ imposita, & manui admota ipsi non adhæreat.

Eodem modo parari potest

Massa Althææ alba & mollis.

Radicem Althææ sufficiendo in locum Glycyrrhizæ.

MASSA LIQUIRITIÆ FUSCA.

℞. Extracti Liquiritiæ, . . . uncias octo & semis.
Gummi Arabici, ... libras duas.
Sacchari albi, ... libram unam.

Solve in

Aquæ communis, . . . sufficienti quantitate.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 273 sur 489

Solutio vaporet Balneo Maris ad Extracti ſolidi conſiſtentiam. Tunc miſce

Pulverum Radicis Enulæ Campanæ, } ana ſemi
Ireos Florentinæ, } drachmam.
Olei eſſentialis Citrei vel
alterius cujus volueris, ... guttas aliquot.

Maſſam calentem ſuprà tabulam marmoream, oleo Ben inunctam affunde, & refrigeratam in baccillos redige & ſicca.

PASTILLI ODORATI PRO FUMO.

℞. Ladani puriſſimi pinguioris, } ana uncias quatuor.
Benzoini, ... }
Styracis calamitæ, . . . } ana unciam unam
Balſami Peruviani ſicci, . . } & ſemis.
Gummi Tacamahacæ optimi, . drachmas quatuor.
Olibani, ... drachmam unam & ſemis.
Myrrhæ electæ, ... drachmam unam.
Balſami Peruviani, ... unciam unam.
Ambari cineritii, ... drachmas quatuor.
Moſchi, ... } ana ſcrupulos duos.
Zibethi, ... }
Oleorum eſſentialium Ligni Rhodii, . . .
. . . . . drachmam unam.
Neroli, . . } ana guttas
Citrei, . . } ſexdecim.
Bergamiorum, }
Cinnamomi, } ana guttas
Caryophyllorum, . } octo.
Pulveris Gummi Laccæ granoſæ, uncias quinque.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 274 sur 489

Pulverum Caſcarillæ, . .
Ligni Aloes, . .
Rhodii, .
Santali Citrini, .
Cinnamomi, . .
Caryophyllorum,
Mahalep, . . . } ana drachmas duas.

Omnia invicem exactè commiſceantur in mortario calido, & in maſſam ſolidiorem redigantur, ex quâ formentur Paſtilli in umbrâ ſiccandi.

PASTILLI MERCURIALES PRO SUFFITU.

℞. Cinnabaris factitiæ lævigatæ, . . drachmas duas.
Succini præparati, ... drachmam unam.
Cum ſufficienti quantitate Gummi Tragacanthi, in aquâ ſoluti, formentur Paſtilli.

PILULÆ.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 275 sur 489

PILULÆ.

PILULÆ PURGANTES.

PILULÆ STOMACHICÆ, vulgò ANTE CIBUM.

℞. Aloes optimæ, ... drachmas ſex.
Maſtiches, ... } ana drachmas duas.
Roſarum rubrarum, . . . }

Cum Syrupi de Abſynthio, . . ſufficienti quantitate fiat maſſa.

PILULÆ ALOETICÆ EMOLLIENTES.

℞. Aloes optimæ ſucco Violarum lotæ, drachmas ſex.
Radicum Glycyrrhizæ, . . . } ana drachmas
Biſmalvæ, pulveratarum, } tres.

Cum ſufficienti quantitate Syrupi de Pomis compoſiti fiant Pilulæ.

PILULÆ RUFI.

℞. Aloes optimæ, ... uncias duas.
Myrrhæ, ... unciam unam.
Croci, ... ſemi unciam.

Cum Syrupo de Abſynthio, vel vino Malvatico fiat maſſa.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 276 sur 489

PILULÆ DE SAGAPENO.

℞. Lacrymarum Sagapeni, ... drachmas ſex.
Ammoniaci, . . . drachmas tres.
Trochiſcorum Alhandal, . . . unciam unam.
Diacrydii, ... ſemi unciam.
Salis Tartari, ... drachmas duas.
Cum Syrupo violato fiat maſſa.

PILULÆ SINE QUIBUS.

℞. Aloes optimæ, . unciam unam & drachmas ſex.
Scammonii, ... drachmas ſex & ſemis.
Rhei electi, ...
Maſtiches, ...
Abſynthii vulgaris, . . .
Roſarum rubrarum, . . } ana drachmam unam.
Sennæ mundatæ, . . .
Agarici albi, ...
Tartari vitriolati, . . .
Omnia pulverentur, & cum Syrupo de Menthâ fiat maſſa.

PILULÆ MERCURIALES.

℞. Mercurii è Cinnabari redivivi, . unciam unam.
Sacchari pulverati, ... drachmas duas.
Diacrydii pulverati, ... unciam unam.
Reſinæ Jalappæ, . . . } ana ſemi-unciam.
Rhei electi pulveratorum, }
Mercurius perfectè extinguatur, in mortario ferreo vel marmoreo, cum Saccharo, Diacrydii aliquantulùm, & aquæ tantillùm. Deinde adde Reſinam Jalappæ, & Diacrydii reliquam partem. Miſce exactè; fiat maſſa, fortiter & diu contundenda.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 277 sur 489

PILULÆ COCCIÆ.

℞. Pulveris Hieræ picræ, . . unciam unam & ſemis.
Troſchiſcorum Alhandal, . . drachmas tres &
. . . . . ſcrupulum unum.
Diacrydii, ... drachmas duas.
Turpethi, ... } ana drachmas quinque.
Stœchados, ... }
Cum Syrupo de Rhamno cathartico fiat maſſa.

PILULÆ HYDRAGOGÆ BONTII.

℞. Aloes Soccotorinæ, . . } ana partes æquales.
Guttæ Gummi, . . . }
Gummi Ammoniaci, . . }
Aceto vini acerrimo diſſolvantur, coletur Liquor, fortiterque exprimatur. In vaſe vitreo ad Solem exponatur, donec obtinuerit Extracti conſiſtentiam, ut fiant Pilulæ.

PILULÆ ANGELICÆ.

℞. Succorum depuratorum Cichorii, . } ana uncias
Borraginis, } quatuor.
Lupuli, . }
Fumariæ, . }
Roſarum pallidarum, . .
. . . . . libram unam.
In iis diſſolve
Aloes ſoccotorinæ, ... libram unam.
Colatura vaporet ad conſumptionem Succorum. Sub finem adde
Pulveris Rhabarbari, ... unciam unam.
Agarici trochiſcati, . . ſemi unciam.
Cinnamomi, ... drachmas duas.
Fiat ſecundùm artem maſſa.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 278 sur 489

PILULÆ, sive EXTRACTUM RUDII.

℞. Pulpæ Colocynthidos, ... drachmas ſex.
Agarici, ... }
Scammonii, ... } ana ſemi unciam.
Radicis Hellebori nigri, . . }
Jalappæ, ... }
Aloes ſoccotorinæ, ... unciam unam.
Cinnamomi, ... }
Macis, ... } ana ſcrupulos duos.
Caryophyllorum, . . . }

Colocynthis ſeminibus purgata minutim incidatur, Agaricus radulâ comminuatur, Helleborus, Jalappa & Aromata craſſiuſculè terantur, affuſiſque

Spiritûs Vini optimi, ... unciis ſexdecim, blando calore in vaſe clauſo per quatriduum macerentur; tum factâ colaturâ & expreſſione validâ, ſolvantur in eâdem Scammonium & Aloe, nitida & priùs optimè ſelecta. Peractâ ſolutione, indatur liquor Alambico vitreo, & diſtilletur Balneo-maris, donec remaneat materia denſa inſtar mellis, quæ tandem vaſe aperto, Balneo-maris ad Extracti ſpiſſitudinem vaporet.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 279 sur 489

PILULÆ ALTERANTES.

PILULÆ DE CYNOGLOSSO.

℞. Corticis Radicum Cynogloſſi ſiccatarum, . . } ana ſemi unciam.
Seminum Hyoſcyami albi, . . }
Laudani, ... }
Myrrhæ optimæ, ... drachmas ſex.
Thuris maſculi, ... drachmas quinque.
Croci, ... } ana drachmam unam & ſemis.
Caſtorei, ... }

Cum Syrupo è ſucco Cynogloſſi fiat maſſa ſecundùm artem.

PILULÆ DE STYRACE.

℞. Styracis calamitæ, ... }
Olibani, ... }
Myrrhæ, ... } ana ſemi unciam.
Succi Glycyrrhizæ inſpiſſati, . }
Laudani, ... }
Croci, ... drachmam unam.

Cum Syrupo de Papavere albo fiat maſſa pilularis ſecundùm artem.

PILULÆ MATTHÆI, ALIAS STARKII.

℞. Laudani, ... }
Glycyrrhizæ tenuiſſimè pulveratæ, . } ana uncias duas.
Hellebori Nigri, ... }
Albi, ... }

Saponis Tartarei, ... uncias ſex.
Miſce exactiſſimè addendo
Olei Terebinthinæ, ... quantum ſatis, ut fiat maſſa Pilularum, quæ toties humectetur oleo Terebinthinæ, quoties ſiccior evaſerit.

PILULÆ SAPONACEÆ.

℞. Saponis albi, ... uncias quatuor.
Liquiritiæ pulveratæ vel
Farinæ ſeminis Lini recentis, . . ſemi unciam.
Miſce; fiat ex arte maſſa pilularis.

PILULÆ BALSAMICÆ MORTONII.

℞. Pulveris Millepedum præparatorum, . drachmas ſex.
Gummi Ammoniaci electi, . drachmas tres.
Florum Benzoini, ... drachmas duas.
Croci, ... } ana ſcrupulum unum.
Balſami Peruviani ſicci, }
Balſami Sulphuris Aniſati, ſufficientem quantitatem.
Miſce; fiat maſſa ſecundùm artem.

PILULÆ BALSAMICÆ STAHLII.

℞. Gummi Hederæ, ... } ana uncias duas
Juniperi electorum, . } & ſemis.
Extracti Aloes & Myrrhæ, cum aquâ præparati, ... ana uncias duas.
Abſinthii cum vino parati, . . . } ana unciam unam &
Cardui benedicti cum vino parati, . . } drachmas ſeptem.
Trifolii fibrini, . . }

Extracti Fumariæ cum vino parati,
Hellebori nigri cum aquâ parati, . . . } ana drachmas quinque.
Rhei cum aquâ parati, .
Terebinthinæ Venetæ, ... unciam unam.

Fiant ſecundùm artem Pilulæ ponderis grani unius.

PILULÆ BECCHERI.

℞. Aloes, ... }
Myrrhæ, ... }
Croci, ... }
Gummi Hederæ, ... } ana drachmas tres.
Sandaracæ electorum, }
Florum Sulphuris, . . . }
Granorum Kermes, . . . }
Extractorum Abſinthii, . . . }
Cardui benedicti, . }
Trifolii fibrini, . . } ana drachmas tres.
Guaiaci, . . . }
Rhabarbari, . . }
Mithridatii, ... }

Cum ſufficienti quantitate Elixirii proprietatis fiat maſſa Pilularum. E quâ formentur Pilulæ granorum duorum vel trium.

PILULÆ HYSTERICÆ.

℞. Gummi Opopanacis, ... unciam unam.
Ammoniaci, . . . }
Galbani, ... } ana ſemi unciam.
Sagapeni, ... }
Myrrhæ, ... }
Aſſæ fœtidæ, . . } ana drachmas tres.
Caſtorei, ... }
Olei ſuccini, ... ſcrupulum unum.
Mithridatii, ... ſufficientem quantitatem ad conficiendam maſſam pilularem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 282 sur 489

PILULÆ DE AQUILEGIA.

℞. Seminum Aquilegiæ, ... drachmas ſex.
Croci pulverati, ... drachmam unam.
Tartari vitriolati tenuiſſimè triti, . ſemi drachmam.
Conſervæ Cynorrhodonis, quantitatem ſufficientem.
Miſce, fiat maſſa ſecundùm artem.

PILULÆ CHALYBEATÆ.

℞. Limaturæ ferri, ... unciam unam.
Cinnamomi, ... ſcrupulos duos.
Aloes ſoccotorinæ pulveratæ, . drachmam unam.
Syrupi de Arthemiſiâ, . quantitatem ſufficientem.
Miſce, fiat maſſa Pilularum.

PILULÆ ASTRINGENTES.

℞. Boli Armenæ, ...
Terræ ſigillatæ, ... } ana drachmas duas.
Coralli rubri, ...
Catechu, ... }
Lapidis Hæmatitæ pulveratorum, . . . } ana drachmam unam.
Sanguinis Draconis pulverati, . . . }
Radicum Symphyti majoris, . . drachmas duas.
Tormentillæ, . . }
Biſtortæ pulveratarum, . . } ana ſemi drachmam.
Maſtiches, ... ſcrupulos duos.
Laudani liquidi, ... ſemi drachmam.
Syrupi Myrthini compoſiti, ...
. . . . . ſufficientem quantitatem, ut fiat maſſa Pilularum.

TROCHISCI.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 283 sur 489

TROCHISCI.

TROCHISCI PURGANTES.

TROCHISCI DE AGARICO.

℞. Agarici albiſſimi & leviſſimi, pulverati ac per ſetaceum trajecti, ... uncias duas.
Zingiberis, ... ſemi drachmam.
Zingiber maceretur aquâ Cinnamomi ſimplici, & cum eâ fiant Trochiſci ſecundùm artem, in umbrâ ſiccandi.

TROCHISCI ALHANDAL.

℞. Carnis Colocynthidos albæ, à ſeminibus repurgatæ, ... uncias quatuor.
Minutiſſimè conciſam miſce cum mucaginis Gummi Tragacanthi, aquâ Roſarum extractæ, quantitate ſufficiente; fiat maſſa exſiccanda. Probè exſiccatam in pulverem tenuiſſimum redige. Huic pulveri denuò adde novam mucaginem Gummi Tragacanthi. Fiat maſſa in paſtillos redigenda & exſiccanda. Tandem paſtillos probè exſiccatos, & ſubtiliſſimè pulveratos, per ſetaceum trajice, & cum novâ mucagine formentur Trochiſci ritè exſiccandi.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 284 sur 489

TROCHISCI ALTERANTES.

TROCHISCI SCYLLITICI.

℞. Medullæ Scyllæ coctione præparatæ, ... uncias duodecim.
Farinæ Ervi albi tenuissimæ & cribratæ, ... uncias octo.

Simul exquisitè tunde, pistillo ligneo, in mortario marmoreo, & formentur pastilli ponderis drachmæ unius: in umbrâ siccentur æstate; vel suprà clibanum aliâ tempestate.

TROCHISCI CYPHEOS.

℞. Santali Citrini, ...
Cascarillæ, ... } ana unciam unam.
Sacchari Candi, ...
Terebinthinæ Chiæ puræ, ... uncias tres.
Myrrhæ, ...
Schœnanthi, . . } ana unciam unam & semis.
Calami Aromatici, ... drachmas novem.
Cinnamomi, ... semi unciam.
Bdellii lacrymæ, ...
Spicæ-Nardi, ...
Cassiæ ligneæ, ... } ana drachmas tres.
Radicis Cyperi rotundi veri,
Baccarum Juniperi pinguium,
Ligni Aloes, ... drachmas duas & semis.
Croci, ... drachmam unam.
Mellis optimi, ...
Vini Hispanici, ... } ana quantùm satis ad Trochiscos efformandos secundùm artem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 285 sur 489

TROCHISCI HEDYCROI.

℞. Mari, ... }
Amaraci, ... } ana drachmas duas.
Radicis Aſari, ...
Ligni Aloes, ... }
Schœnanti, ... }
Calami Aromatici, ...
Phu Pontici, ... } ana drachmas tres.
Xylobalſami, ... }
Opobalſami veri, ...
Cinnamomi, ... }
Coſti Arabici, ... }
Myrrhæ, ... }
Folii Indici, ... }
Croci, ... } ana drachmas ſex.
Spicæ-Nardi, ... }
Caſſiæ ligneæ, ... }
Amomi racemoſi, ... drachmas duodecim.
Maſtiches, ... drachmam unam.

Ex his omnibus tritis, & cum vino Hiſpanico ſubactis, fingantur Trochiſci.

TROCHISCI VIPERINI.

℞. Carnis Viperarum ſelectarum, tempore idoneo collectarum, præparatarum, cum Anetho viridi & ſale in aquâ puriſſimâ, igne luculento non violento, & in vaſe idoneo coctæ, & à ſpinis ſeparatæ, . . . uncias octo.

Tere in pilâ marmoreâ piſtillo ligneo, ſenſim aſpergendo medullæ panis triticei, albiſſimi, fermentati, arefactæ, & tenuiſſimè pulveratæ, ... uncias duas & ſemis;

Ita ut nulla Viperinæ carnis particula non contuſa & non permixta appareat. Manibus inunctis opobalſamo, formentur Trochiſci ponderis drachmæ unius, ſupra ſetaceum inverſum repoſiti in umbrâ ſiccandi.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 286 sur 489

TROCHISCI DE KARABE.

℞. Succini Citrini præparati, . . . unciam unam.
Cornu Cervi, ad albedinem calcinati, . .
Gummi Arabici, . . .
Tragacanthi, . .
Laccæ granosæ, porphyrio lævigatæ, . } ana drachmas duas & scrupulos duos.
Acaciæ veræ, ...
Hypocistidis, ...
Balaustiorum, ...
Masticches, ...
Corallii rubri præparati, . .
Seminis Papaveris albi, . .
Thuris, ... } ana drachmas duas.
Croci, ...
Opii selecti, ...

Cum mucilagine seminis Psyllii, aquâ Plantaginis extractâ, fiant Trochisci in umbrâ siccandi.

TROCHISCI BECHICI NIGRI,

vulgò TUSSILAGO ANISATA.

℞. Capitum Papaveris albi siccatorum rejectis seminibus, ... unciam unam & semis.
Florum vel
Radicum recentium Tussilaginis, . unciam unam.
Hordei mundati, ... semi unciam.

Coque in

Aquæ communis, . . . sufficienti quantitate.

Colatura calore Balnei maris vaporet ad medias. Tunc adde

Extracti Glycyrrhizæ, . . } ana uncias quinque.
Sacchari albi, ...
Gummi Arabici, . . . }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 287 sur 489

Evaporationem perge ad Extracti ſolidi conſiſtentiam. Demùm adde

Olei eſſentialis Aniſi, . . . ſcrupulum unum.

Fiant ex arte Trochiſci.

TROCHISCI DE MYRRHA.

℞. Myrrhæ optimæ, ... ſemi unciam.
Lupinorum tenuiſſimè tritorum, drachmam unam.
Foliorum Rutæ, ...
Menthaſtri, . . .
Pulegii, ...
Radicum Rubiæ tinctorum, } ana drachmas duas.
Valerianæ ſylveſtris,
Seminis Petroſelini Macedonici, . . .
Aſſæ fœtidæ, ...
Sagapeni, ... } ana drachmam unam.
Opopanacis, ...
Caphuræ, ... }
Croci, ... } ana ſcrupulum unum.
Olei de Succino, . . . }

Cum ſucco Arthemiſiæ fingantur Trochiſci ſecundùm artem.

TROCHISCI ALKEKENGI.

℞. Pulpæ inſpiſſatæ Baccarum Halicacabi cum ſeminibus, ... unciàs duas.
Gummi Arabici, ...
Tragacanthi, . . .
Succi Glycyrrhizæ, . . . } ana ſemi unciam.
Amygdalarum amararum, .
Seminum Papaveris albi, . .
Apii, ...
Succini Citrini præparati, . } ana drachmas duas.
Opii Thebaïci, ... drachmam unam.

Succi recentis Halicacabi, quantitatem ſufficientem.
Fiant Trochiſci.

TROCHISCI DE CATECHU.

℞. Catechu præparati, ... unciam unam.
Sacchari Candi, ... ſemi unciam.
Caryophyllorum, ... ſcrupulum unum.

Simul pulverata miſce, & cum ſufficiente quantitate mucilaginis Gummi Tragacanthi, aquâ Symphyti extractæ, fiant Trochiſci. Adde, ſi lubet, Olei eſſentialis Cinnamomi, Mali citrei, vel Tincturæ Ambari cineritii, aut alterius Aromatis guttas aliquot.

TROCHISCI ALBI RHASIS.

℞. Plumbi albi ſupra porphyritem lævigati, . . .
. . . . . drachmas decem.
Sarcocollæ electæ, ... drachmas tres.
Amyli ſelectiſſimi, ... drachmas duas.
Gummi Arabici, . . . } ana drachmam unam.
Tragacanthi, ... }
Caphuræ, ... ſemi drachmam.

Seorſim trita, aquâ Roſarum excipiantur omnia, & formentur Trochiſci. Utendi tempore miſcebitur Opium, ſi Medico videbitur.

TROCHISCI GRANORUM ACTES.

℞. Farinæ ſecalinæ, ... quantum libuerit.
Cum Succo Baccarum Sambuci maturarum, per expreſſionem extracto, fiat maſſa, ex quâ formentur Trochiſci, in furno coquendi & exſiccandi, deindè in pulverem redigendi. Hic pulvis cum novo ſucco ſubigatur in maſſam, ex quâ rursùs formentur Trochiſci in furno iterùm exſiccandi. Idem tertiò repetatur. Et Trochiſci ſic parati ſerventur ad uſum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 289 sur 489

TROCHISCI HYSTERICI.

℞. Assæ fœtidæ, . . . } ana drachmas duas & semis.
Galbani, ... }
Myrrhæ, ... drachmas duas.
Castorei, ... drachmam unam & semis.
Radicum Asari, ... }
Aristolochiæ rotundæ, }
Foliorum Sabinæ, ... } ana drachmam unam.
Nepetæ, ... }
Matricariæ, . . . }
Dictamni, ... semi drachmam.

Omnia ritè pulverata cum succo defœcato Rutæ misceantur, & fiant Trochisci.

TROCHISCI ESCHARROTICI.

℞. Sublimati corrosivi, ... partem unam.
Amyli, ... partes duas.
Mucaginis Gummi Tragacanthi, ...
. . . . . quantitatem sufficientem.

Fiant ex arte Trochisci, quibus addi potest extracti Opii quantum libet.

TROCHISCI ESCHARROTICI DE MINIO.

℞. Minii, ... semi unciam.
Mercurii sublimati corrosivi, . . unciam unam.
Micæ Panis exsiccati & pulverati, . uncias quatuor.
Aquæ Rosarum, . . sufficientem quantitatem.

Fiant secundùm artem Trochisci oblongi.

COLLYRIA.

COLLYRIUM LANFRANCI.

℞. Vini albi, ... libram unam.
Aquarum Plantaginis, ...
Rosarum, ... } ana uncias tres.
Auripigmenti, ... drachmas duas.
Viridis æris, ... drachmam unam.
Myrrhæ, ...
Aloes, ... } ana scrupulos duos.

Misce, fiat Collyrium.

COLLYRIUM ROBORANS.

℞. Vini Hispanici optimi, ... libras duas.
Aquarum Rosarum, ... libram unam.
Chelidonii, ...
Fœniculi, ...
Euphrasiæ, ... } ana uncias duas.
Rutæ, ...
Tutiæ præparatæ, . . unciam unam & semis.
Caryophyllorum pulveratorum, . unciam unam.
Sacchari Candi, ... semi unciam.
Aloes soccotorinæ, ...
Myrrhæ, ... } ana drachmas duas.
Macis, ...
Camphoræ, ...
Croci, ... } ana scrupulos duos.

Omnia simul mixta lagenâ vitreâ diligenter obturatâ excipiantur. Insolentur per quindecim dies, bis in die agitando. Et sic ad usum serventur.

COLLYRIUM

COLLYRIUM DETERGENS.

℞. Iridis Florentinæ pulveratæ, . . drachmas tres.
Vitrioli albi, . . . drachmam unam & ſemis.
Aquarum Roſarum, . } ana libram unam & ſemis.
Plantaginis, }

Digerantur per biduum; poſteà coletur liquor ad uſum ſervandus.

COLLYRIUM EXSICCANS.

℞. Aquæ Calcis percolatæ, ... libram unam.
Salis Ammoniaci pulverati, . drachmam unam.

Simul mixta in Pelvim æneam conjiciantur, ibique per noctem maneant. Liquor percolatus ad uſum ſervetur.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 292 sur 489

OLEA.

OLEA PER EXPRESSIONEM.

OLEUM DE VITELLIS OVORUM.

℞. Ova elixatione indurata, . . . quot volueris. Vitellos exemptos & comminutos in ſartagine ferrea igne moderato aſſa, movendo ſpathâ, donec ex flavo rubeſcant, & veluti pinguedinem exudent. Tunc ferventes ſacculo pilis contexto excipe, præloque calido feſtinanter exprime. Oleum expreſſum ſerva ad uſum.

OLEUM È BACCIS LAURI.

℞. Baccarum Lauri maturarum & recentium, ... quantùm volueris. Tritæ, ex aquâ communi coquantur, fortiter exprimantur in vas ſubjectum, refrigeratum oleum pinguedinis inſtar aquæ ſupernatans colligatur.

OLEUM È NUCLEIS CACAO.

℞. Nucleorum Cacao recentium, . quantùm volueris. Torrefactos leviter in ſartagine ferreâ, munda cortice & germine, tum lævigа ſupra lapidem igne ſuppoſito, ut moris eſt in confectione Chocolattæ. Tunc prædicta maſſa contuſa & lævigata in Aquæ communis fervidæ ſufficienti quantitate diluta, ſtet in Balneo-maris ferventi, donec Oleum ſupernatet, quod concretum colliges ex aquâ

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 293 sur 489

refrigeratâ, ſebi ſed fuſci craſſitiem obtinebit. At ſi album magis exoptetur, Balneo-maris, in aquâ multoties liquefac.

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

℞. Amygdalarum dulcium ſelectarum, excorticatarum, ... libras ſex.

Tunde in Mortario marmoreo piſtillo ligneo, deindè ſacco cannabino aut cilicio incluſæ, torculari committantur. Tum fortiter exprimatur oleum uſui aſſervandum.

Simili modo parantur Olea

Amygdalarum amararum,
Nucum juglandium,
Avellanarum,
Piſtaciorum,
Quatuor ſeminum frigidorum majorum,
Balani Myrepſicæ Ben dictæ,
Nucleorum Perſicorum,
Armeniacorum,
Seminis Papaveris albi,
Cannabis,
Hyoſcyami,
Lini.

OLEUM ANISI.

℞. Seminis Aniſi mundati & contuſi, . libram unam. Supra cribrum inverſum & coopertum vapori aquæ ferventis per horæ ſemi-quadrantem expone, ut penitiùs humeſcat; tunc ſacculo denſo incluſum prælo calido promptè exprimatur. Extillabit oleum viride guſtui gratiſſimum.

Eodem modo parantur Olea

Nucis Moſchatæ,
Seminis Carvi,
Anethi, &c.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 294 sur 489

OLEA PER INFUSIONEM ET COCTIONEM.

OLEUM ROSATUM.

℞. Rosarum rubrarum recentium, nondùm penitùs explicatarum, contusarum, . . . libram unam.
Olei Olivarum, ... libras quatuor.
Insola in vase idoneo, vel in Balneo-maris sinito per tres dies. Rosas exprimito. Novæ eodem modo insolentur; idque ter repetatur, relictis per mensem in oleo Rosis ultimæ infusionis; dein exprime, defæca & serva ad usum.

Eodem modo parantur Olea

E Floribus Rosarum Pallidarum,
Chamæmeli,
Meliloti,
Violarum,
Keiri,
Liliorum alborum latè expansorum,
Nymphææ albæ mundatis,
Sambuci,
Genistæ.

OLEUM HYPERICI.

℞. Florum integrorum Hyperici leviter contusorum, ... libram unam.
Conjiciantur in
Olei Olivarum, ... libras quatuor.
Per septem dies insola, dein coque leviter. Cola

& idem ſecundò fiat cum novis floribus. Tertiò tandem flores alios pari quantitate & paululùm ſiccatos in idem oleum conjice, & relinque per menſem, dein cola, exprime & defæca.

OLEUM ABSINTHII.

℞. Comarum Abſinthii vulgaris recentium & leviter contuſarum, ... libram unam.
Olei Olivarum optimi, ... libras quatuor.

Inſola per tres dies, vel macera per totidem dies Balneo-maris. Colato oleo alias Abſinthii comas infunde, idque iterùm repete. Coque demùm leniter. Oleum colatum & defœcatum ſerva.

Eodem modo parantur Olea

Abrotani,
Menthæ,
Majoranæ,
Rutæ,
Myrthi,
Anethi.

OLEUM CYDONIORUM, MELINUM, DICTUM.

℞. Cydoniorum immaturorum, rejectis ſeminibus, ſcobinâ deraſorum, . . . } ana ſemi libram.
Succi aliorum Cydoniorum, }
Olei Olivarum optimi, ... libras tres.

Miſce in vaſe vitrato, & per triduum moderato calore infunde; dein coque eodem calore per horas quatuor, cooperto vaſe, ad Succi ferè conſumptionem. Expreſſis Cydoniis, par Cydoniorum & Succi quantitas eodem modo infundatur. Coquatur: Magma abjiciatur. Expreſſum oleum colatum & defæcatum reconde.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 296 sur 489

OLEUM HYOSCYAMI.

℞. Foliorum Hyoſcyami contuſorum, . libram unam.
Olei Olivarum, ... libras duas.

Macerentur ſupra cineres calidos per viginti quatuor horas. Cola & exprime. Expreſſo oleo, par Foliorum contuſorum quantitas iterùm eodem modo maceretur. Cola expreſſum, depuratumque uſui ſervetur.

Eodem modo parantur Olea

Fructuum Lycoperſici,
Ex foliis Stramonii,
Cicutæ,
Nicotianæ,
Solani cum Baccis,
Fructuum Momordicæ, ſed cum oleo Lini.

OLEUM DE MUCAGINIBUS.

℞. Radicum Althææ recentium, & in taleolas ſectarum, ... libram unam.
Seminum Fœnugræci, . . } ana ſemi libram.
Lini, ... }
Aquæ calentis, ... libras decem.

Macerentur ſupra cineres calidos per viginti quatuor horas identidem agitando. Deindè liquor mucilaginoſus coletur & fortiter exprimatur. Expreſſo adde

Olei Olivarum, ... libras duas.

Coquantur ad humidi ferè conſumptionem. Tum fiat colatura ſine expreſſione : Oleum colatum ſervetur ad uſum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 297 sur 489

OLEUM IRINUM.

℞. Radicum Ireos noſtratis recentium & contuſarum,
. . . . . libram unam.
Olei Olivarum, ... libras duas.

Macerentur igne moderato per viginti quatuor horas; vaporent ad humidi ferè conſumptionem. Factâ expreſſione, adde

Florum Ireos, ... ſemi libram.

Digere leni calore per duodecim horas; vaporent ad humidi ferè conſumptionem. Oleum expreſſum ſerva.

Simili modo paratur

Oleum enulatum, ſed abſque floribus.

OLEUM CATELLORUM.

℞. Catellos recèns natos & necatos, . numero tres.
Conjice in
Olei Olivarum ferventis, ... libras tres.
Adde Vini albi generoſi, ... uncias quatuor.

Coquantur ad oſſium ferè compaginis diſſolutionem. Fiat colatura & expreſſio; colato calenti adde

Summitatum Origani, . .
Serpilli, . . .
Pulegii, . . .
Hyperici, . .
Majoranæ, . .
} ana uncias duas.

Inſolentur per dies quindecim. Cola, defæca & ſerva.

OLEUM LACERTARUM.

℞. Lacertas viventes & virides, . numero quindecim,
. . . . . aut viginti,
pro ratione magnitudinis.
Olei Olivarum, ... libras duas.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 298 sur 489

Vini albi, ... uncias tres.

Coquantur dum Lacertæ contabuerint. Cola, & oleum purum ad usus serva.

Pari modo confici possunt Olea

Bufonum,
Ranarum.

OLEUM SCARABÆORUM.

℞. Scarabæorum, ... semi libram.
Olei Laurini, ... libram unam.

Quassentur Scarabæi, & cum Oleo ritè misceantur; post aliquot dies Oleum liquato leni calore. Serva ad usum.

OLEUM CASTOREI.

℞. Castorei optimi, ... uncias duas.
Castoreum minutim incisum irroretur
Vini rubri, ... unciis tribus.
Adde Olei optimi, ... uncias duodecim.

Digerantur Balneo-maris ad vini consumptionem, in vase clauso per viginti quatuor horas, identidem agitando. Castoreo remanente, Oleum serva ad usum.

OLEUM LUMBRICORUM.

℞. Lumbricorum terrestrium, recentium, ter aquâ tepente lotorum, ... } ana libras duas.
Olei Olivarum optimi, . . } ana libras duas.
Vini albi, ... uncias quatuor.

Coquantur simul, donec Lumbrici resolvantur. Expressum oleum, percolatum & defæcatum serva.

OLEUM MASTICHINUM.

℞. Maſtiches electæ, ... uncias ſex.
Olei Roſati, ... libram unam & ſemis.

Simul vaſe fictili vitrato anguſti orificii excepta, arenæ Balneo ad integram Maſtiches diſſolutionem detineantur. Deinde cola, purumque oleum ad uſus ſerva.

Simili modo paratur

Oleum Galbani, &c.

OLEUM CROCI.

℞. Croci optimi, ... ſemi unciam.
Calami aromatici, ... drachmas tres.
Myrrhæ, ... drachmas duas.
Cardamomi, . . . drachmas quatuor & ſemis.

Macera ſupra cineres calidos per dies novem in
Olei Olivarum, ... unciis novem.
Deinde percolatum oleum ſerva.

OLEUM EUPHORBII.

℞. Euphorbii, ... unciam unam.
Diſſolve igne moderato in
Olei Keirini, ... unciis decem.

Cola & ſerva.

OLEUM MANDRAGORÆ.

℞. Poma Mandragoræ, . . . numero duodecim.
Succorum foliorum Hyoſcyami albi, . uncias duas.
Cicutæ, . . unciam unam.
Capitum Papaveris albi, ... uncias tres.
Olei Violacei, ... libras duas.

Permixta omnia diebus decem inſolentur in vaſe obturato.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 300 sur 489

Coquantur dum Succi ferè abſumpti ſint. Cola Oleum; & ſinito defæcari. Tum

℞. Opii Thebaici in aquæ vitæ ſufficienti quantitate ſoluti, .
Styracis calamitæ in Spiritûs vini ſufficienti quantitate ſolutæ, ... } ana ſemi unciam.

Solutiones adde oleo defæcato ſuprà dicto. Digerantur in loco calido identidem agitando per octiduum. Oleum ſerva.

OLEUM SCORPIONUM SIMPLEX.

℞. Scorpiones terreſtres, vivos, mediocris magnitudinis, ... numero centum.
Olei Olivarum, ... libras duas.

Suffocentur in Oleo, & ſerventur ad uſum in vaſe clauſo.

OLEUM SCORPIONUM COMPOSITUM.

℞. Scorpiones in Oleo Scorpionum ſimplici ſuffocatos & ſervatos, ... numero trecentos.

Mitte in vas vitreum leni igni impoſitum. Affunde

Olei Scorpionum ſimplicis, . . . libras tres.

Macera per biduum vaſe obturato. Coque per duas horas. Exprime, tum

℞. Olei Olivarum, ... libras tres.
Summitatum floridarum recentium Hyperici, ... uncias ſex.
Foliorum Scordii recentium, . . . uncias tres.
Chamædryos, ... }
Calamenthæ, ... } ana uncias duas.
Cardui Benedicti, . . . }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 301 sur 489

Comarum Centaurii minoris,
Verbenæ, . . .
Dictamni Cretici, } ana unciam unam.

Inciſa per biduum macerentur ſupra cineres calidos, dein per tres horas coquantur. Cola & exprime. Interim

℞. Florum Hyperici integrorum, . . uncias ſex.
Cinnamomi acuti, . . .
Baccarum Juniperi, . . .
Santali Citrini, ...
Theriacæ, ... } ana ſemi unciam.
Mithridatii, ...
Radicum Zedoariæ, . . .
Dictamni albi, . .
Tormentillæ, . .
Ariſtolochiæ rotundæ, . . } ana drachmas tres.
Styracis calamitæ, ...
Benzoini, ...
Myrrhæ electæ, . .
Rhabarbari, . . . } ana drachmas duas & ſemis.
Aloes ſoccotorinæ,
Nardi Indicæ, ... } ana drachmas duas.
Seminis Nigellæ, . . .
Schœnanthi, . . .
Cyperi rotundi, . } ana drachmam unam & ſemis.
Croci, ...
Vini albi generoſi, . . quantitatem ſufficientem.

Contuſis contundendis, omnia vino generoſo perfuſa macerentur per octiduum igne moderato, cum oleis duobus ſuprà dictis, & ſimul coquantur ut artis eſt. Oleum colatum & expreſſum ſerva ad uſum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 302 sur 489

OLEUM VULPINUM.

℞. Vulpem adultam pinguem, pelle nudatam, exenteratam, sectam in partes,

Salis communis, ... uncias tres.

Summitatum Anethi, . . . }
Thymi, . . . } ana uncias duas.
Chamæpytios, . }

Coque simul in

Aquæ & . . . . } ana sufficienti quantitate
Vini, ... }

ad carnis ab ossibus separationem. Colaturæ libris duabus adde

Olei Olivarum, ... libras quatuor.

Bulliant iterùm ad humidi consumptionem. Cola & defæca. Tum

Infunde supra cineres calidos per viginti quatuor horas

Foliorum Salviæ, . . . }
Rorismarini, . . } ana uncias duas.
Thymi, ... }

Seminum Anethi, ... drachmas duas.

Cola & serva ad usum.

BALSAMA.

BALSAMUM TRANQUILLANS.

℞. Foliorum Stramonnii vulgaris, . .
Solani officinarum, . .
Phytolaccæ, ...
Belladonæ, ... }
Mandragoræ, ... } ana uncias
Nicotianæ, ... } quatuor.
Hyoſcyami, ...
Papaveris albi, ...
nigri, ...

Florum vel ſummitatum Roriſmarini,
Salviæ, . .
Rutæ, . .
Abſinthii utriuſque, .
Hyſſopi, . .
Lavandulæ,
Thymi, . . } ana unciam
Majoranæ, . } unam.
Coſti hortenſis, . .
Menthæ, . .
Sambuci, .
Hyperici, .
Perſicariæ, .

Buſones numero, ... quinque.

Herbæ, quæ inodoræ ſunt, minutim conciſæ injiciantur in

Olei Olivarum, ... libras ſex.

Coquantur leviter. Herbis coctis, Bufones vivi in Oleum conjiciantur, & coquantur. In colaturam immittantur flores & ſummitates herbarum fragrantium conciſæ; macerentur ad ſolem per quindecim dies, vel calore Balnei-maris digerantur per duodecim horas. Colatum Balſamum & defæcatum ad uſum ſerva.

BALSAMUM HYPNOTICUM.

℞. Olei Nucis Moſchatæ, expreſſi, . .
Roſati, ...
Violacei, ...
Nenupharini, . . } ana drachmas duas.

Seminum Hyoſcyami albi expreſſi, .
Papaveris albi expreſſi, . .
Benzoini per retortam eliciti, . .
Caphuræ, ... } ana drachmam unam.

Miſce & adde

Unguenti populei, ... unciam unam.
Medullæ Cervinæ, ... drachmas tres.

Extracti Opii in Vino Hiſpanico ſoluti, . } ana drachmam unam & ſemis.
Croci, ... }

Fiat Balſamum ſecundùm artem.

BALSAMUM LUCATELLI.

℞. Ceræ Citrinæ, ... uncias duodecim.
Vini Hiſpanici, ... uncias quatuor.
Olei Olivarum, ... uncias octodecim.

Bulliant ad vini conſumptionem; tum adde

Terebinthinæ claræ, . . . uncias octodecim.
Santali rubri pulverati, ... uncias duas.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 305 sur 489

Assiduè moveantur omnia, donec refrigerata fuerint, & factum erit Balsamum. Cui majoris efficaciæ gratiâ addantur

Balsami Peruviani, ... unciæ tres.

BALSAMUM NERVINUM.

℞. Olei Palmæ recentis, . . } ana uncias quatuor.
Nucis Moschatæ, . . }
Medullæ Cervi, ... }
Cruris Bovis, . . }
Axungiæ Viperinæ, . . . } ana unciam unam.
Ursi, ... }
Taxi, ... }
Oleorum stillatitiorum Lavandulæ, } ana drachmam unam.
Menthæ, . }
Roriſmarini, }
Salviæ, . . }
Thymi, . . }
Caryophyllorum, . }
Camphoræ, ... drachmas duas.
Balsami Tolutani sicci, soluti in spiritûs vini rectificati sufficienti quantitate, ... unciam unam.
Misceantur simul, & fiat Balsamum.

BALSAMUM HYSTERICUM.

℞. Bituminis Judaïci, . . } ana drachmam unam.
Aloes, ... }
Galbani, ... }
Labdani veri, ... }
Assæ fœtidæ, ... scrupulum unum.
Castorei, ... } ana semi drachmam.
Opii selecti, ... }
Oleorum stillatitiorum Rutæ, . } ana guttas decem.
Succini, }

Oleorum ſtillatitiorum Abſinthii, . } ana guttas
Sabinæ, . . } duodecim.
Tanaceti, . }
Gagatis, . }
Petrolei, ... }
Olei Nucis Moſchatæ, ... ſcrupulos duos.

Liquentur Gummi; liquatis permiſceantur reliqua, fiatque Balſamum ſecundùm artem.

BALSAMUM APOPLECTICUM.

℞. Olei Nucis Moſchatæ expreſſi, . unciam unam.
Styracis calamitæ, ... drachmas duas.
Tacamahacæ, ... } ana drachmam unam.
Balſami Peruviani liquidi, }
Benzoini, ... }
Ambræ cineritiæ, ... grana ſex.
Moſchi, ... ſemi ſcrupulum.
Oleorum ſtillatitiorum Cinnamomi, } ana guttas
Lavandulæ, } quindecim.
Majoranæ, . }
Thymi, . . }
Caryophyllorum, . . }
Oleorum Citrei, . . . } ana ſemi ſcrupulum.
Arantiorum, . . }
Ligni Rhodii, . }

Miſce, diu agitentur, & fiet Balſamum.

BALSAMUM ACOUSTICUM.

℞. Olei Rutæ per infuſionem, . . . ſemi unciam.
Balſami tranquillantis, . . . drachmas duas.

Balſami

Balſami Sulphuris terebinthinati, .
Tincturæ Aſſæ fœtidæ, . .
Ambari cineritii, .
Caſtorei, . . .
Olei ſuccini rectificati, . . } ana guttas decem.

Miſce, fiat Balſamum.

BALSAMUM VIRIDE METENSIUM.

℞. Viridis Æris ſubtiliſſimè triti, . . drachmas tres.
Vitrioli albi, . . . drachmam unam & ſemis.

Tere in mortario, ſenſim immittendo

Olei Seminis Lini expreſſi, . . . } ana uncias ſex.
Olivarum, ... }
Laurini, ... unciam unam.
Terebinthinæ claræ, ... uncias duas.

Simul aliquandiu digerantur, dein permiſce

Aloes ſoccotorinæ pulveratæ, . . drachmas duas.
Oleorum ſtillatitiorum Baccarum Juniperi, . . .
. . . . . ſemi unciam.
Caryophyllorum, . . .
. . . . . drachmam unam,

& factum erit Balſamum.

BALSAMUM CHALYBEATUM,

vulgò, BEAUME D'AIGUILLES.

℞. Acuum, ... drachmas duas.

Mitte in vas vitreum, & ſuperaffunde

Spiritûs Vini rectificati, . . } ana unciam unam.
Olei Olivarum, ... }
Spiritûs Nitri, ... }

Stent in loco calido ad Acuum diſſolutionem. Oleum concretum ſupernatans exime, aquâ frigidâ multoties ablue & ſerva ad uſum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 308 sur 489

BALSAMUM VULNERARIUM.

℞. Foliorum recentium utriusque Plantaginis, ... }
Telephii, . .
Bugulæ, . .
Brunellæ, . .
Symphyti majoris, . .
Saniculæ, . .
Ophyogloſſi, .
Veronicæ utriuſque, . .
Abſinthii vulgaris, . . } ana uncias duas.
Geranii Robertiani, .
Millefolii, . .
Piloſellæ, . .
Centaurii minoris, .
Summitatum floridarum Hyperici, .
Hederæ terreſtris, . .
Pentaphylli, }

Contuſis affunde

Vini rubri auſteri, ... } ana ſemi libram.
Aquæ vitæ, ... }
Olei roſacei, ... libras duas & ſemis.

Macerentur per dies duos Balneo-maris. Leviter coque eodem Balneo in vaſe clauſo. Cola & exprime. Oleo per reſidentiam defæcato adde

Terebinthinæ Venetæ, ... libram unam.

Fiat Balſamum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 309 sur 489

BALSAMUM OPPODELDOC.

℞. Radicum ſiccatarum Biſmalvæ, . }
Symphyti, }
Gentianæ, . } ana drachmas ſex.
Ariſtolochiæ rotundæ, . }
Angelicæ, . }

Foliorum recentium Saniculæ, . }
Alchimillæ, }
Piloſellæ, . } ana drachmas duas & ſemis.
Ophyogloſſi, }
Pervincæ, . }

Summitatum floridarum Roriſmarini, }
Salviæ, . . } ana unciam unam.
Lavandulæ, }
Baccarum Juniperi, ... }

Seminum Cumini . . . . drachmas quatuor.
Caſtorei pulverati, ... drachmas duas.
Caphuræ, ... drachmas duas.

Macerentur in matratio amplo per viginti quatuor horas Balneo-maris cum

Spiritûs vini, ... libris duabus.

Fiat colatura cum expreſſione. Colaturæ adde

Saponis Hiſpanici, ... uncias octo.

Digerantur uſque ad perfectam Saponis diſſolutionem; & Balſamum ſervetur ad uſum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 310 sur 489

CERATA, POMATA, ET UNGUENTA.

CERATUM REFRIGERANS GALENI.

℞. Olei Roſati, ... libram unam.
Ceræ albæ, ... uncias quatuor.

Vaſe fictili vitrato excepta, igne moderato liquentur, piſtillo ligneo agitentur, aquâ frigidiſſimâ ſæpiùs renovatâ laventur, & fiat Unguentum.

Simili modo paratur

Ceratum Amygdalinum cum Oleo Amygdalarum dulcium, loco Olei Roſati.

POMATUM ALBUM.

℞. Radicis Ireos Florentinæ, . . . unciam unam.
Acori veri, ... } ana ſemi unciam.
Benzoini, ... }
Ligni Rhodii, ... } ana drachmas duas.
Caryophyllorum, ... }

Craſſiuſculè omnia trita ſacculo lineo includantur; coquantur in vaſe clauſo leni igne cum

Axungiæ Porci mundatæ, lotæ & liquatæ, . .
. . . . . libris duabus & ſemis.
Pomis Renetiis in fruſta conciſis, . numero duobus.
Aquæ Roſarum, ... unciis quatuor.
Naphæ, ... unciis duabus.

Poſt levem coctionem, ſine expreſſione fiat colatura. Pomatum refrigeratum, & ſeparatum ab aquâ ſervetur.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 311 sur 489

POMATUM RUBRUM.

℞. Ceræ albæ fruſtulatim ſectæ, } ana unciam unam.
Medullæ Bovis, ... }
Pomati albi, ... uncias tres.

Liquefiant in vaſe faventino igne moderato, tum adde

Anchuſæ, ... drachmam unam.

Identidem ſpatulâ ligneâ agita, donec Pomatum colorem rubicundiſſimum induerit. Trajice per linteum, & ſerva.

POMATUM FLORUM ARANTIORUM.

℞. Adipis Suilli præparati, ... libras quinque.
Florum Arantiorum recentium, integrorum, . .
. . . . . libras ſex.

Simul quaſſentur in mortario marmoreo. Mox vaſe fictili vitrato excepta Balneo-maris committantur, donec liquatus adeps floribus ſupernatet. Cola. Fortiter exprime. Repone in Cellâ, ut citò citiùs concreſcat. Subſtratam aquam ſepara. Tum

℞. Hoc Pomatum
Florum Arantiorum non quaſſatorum, . libras ſex.

Liquefiant, ut ſuprà, Balneo-maris, uſquedum flores adipe ſaturi videantur. Cola. Repone in Cellâ. Aquam ſepara. Idque bis repete, adjectis tantùm pro ſingulis vicibus

Florum Arantiorum, ... libris quatuor.

Demùm fæces abjice, ut artis eſt. Pomatum liqua Balneo-maris leniſſimo calore, affundendo

Aquæ florum Arantiorum, ... uncias octo.

Ne quid aquæ permiſceatur, cocleatim Pomatum cola per ſericeum in vaſe idoneo, in quo ſervetur.

Simili modo paratur

Pomatum florum Lavandulæ, &c.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 312 sur 489

UNGUENTUM ROSATUM.

℞. Adipis Porcini recentis, præparati, & aquâ communi frigidâ multoties, tandem aquâ Rosarum loti, ... libras duas.

Rosarum rubrarum recentium, expansarum & contusarum, . } ana libram unam.
Rosarum pallidarum, . . . }

Misceantur Rosæ cum adipe, in quo per dies duos marcescere relinquantur.

Adeps igne lento fusus percoletur, in quo rursus utrarumque Rosarum contusarum tantumdem maceretur duobus diebus. Sensim coquantur, dein exprimantur : defæcatum Unguentum ad usum serva. Color ruber Unguento conciliari potest ope radicis Anchusæ.

UNGUENTUM DE ALTHÆA.

℞. Olei de Mucaginibus, ... libras duas.
Ceræ flavæ, ... uncias octo.
Resinæ puræ, ... } ana uncias quatuor.
Terebinthinæ claræ, . . . } ana uncias quatuor.

Liquefiant omnia. Ab igne remove; pistillo ligneo agita donec refrixerint. Fiat Unguentum.

UNGUENTUM DE NICOTIANA.

℞. Foliorum Nicotianæ contusorum, } ana libras duas.
Axungiæ Porcinæ recentis, . . } ana libras duas.

Macerentur simul per tres dies, deindè coquantur ad humidi consumptionem. Cola, exprime, & fiat Unguentum secundùm artem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 313 sur 489

UNGUENTUM MARTIANI,
vulgò, MARTIATUM DICTUM.

℞. Radicum Enulæ Campanæ, . . .
Valerianæ ſiccatarum, . .
Bardanæ, ...
Herbarum recentium Abſinthii, . .
Abrotani, . .
Calamenthæ, .
Coſti hortenſis, } ana uncias
Majoranæ, . . } tres.
Menthæ aquaticæ, . .
Ocymi, . . .
Sabinæ, . . .
Salviæ, . . .
Sambuci, . .

Foliorum Lauri, ... }
Roriſmarini, . . } ana uncias ſex.
Rutæ, ... }

Seminum Cumini, ... }
Fœnugræci, . . . } ana ſemi unciam.
Urticæ majoris, . . }

Florum Chamæmeli, . . . }
Meliloti, ... } ana unciam unam.
Lavandulæ, . . . }
Hyperici, ... }

Omnia minutim inciſa & contuſa digerantur per triduum in vaſe clauſo leni calore in

Olei Olivarum, ... libris octo.

Cola & exprime fortiter. In colaturâ diſſolve eodem calore.

Ceræ flavæ, ... libras duas.

Axungiæ Urſinæ, . . . }
Anſerinæ, . . } ana uncias quatuor.
Medullæ Cervinæ, . . . }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 314 sur 489

Styracis liquidæ, ... uncias duas.
Gummi Elemi puri, ... unciam unam.

Iterùm cola & permiſce

Balſami Peruviani liquidi, ... uncias duas.
Olei Nucis Moſchatæ, ... ſemi unciam.
Balſami de Copaiva, . . } ana unciam unam.
Maſtiches pulveratæ, . . }

Agita donec frigeſcant, & fiat Unguentum.

UNGUENTUM POPULEUM.

℞. Gemmarum Populi, . . . libram unam & ſemis.
Contundantur & macerentur in
Axungiæ ſuillæ præparatæ, ... libris tribus.

In vaſe figulino vitrato oris anguſti, ritè operculato, in loco modicè calido reponantur, dum hæc æſtate comparari poſſint, ſcilicet

Foliorum Papaveris nigri, ...
Mandragoræ, vel illius defectu, . .
Belladonæ, ... } ana unciæ
Hyoſcyami, ... } tres.
Sempervivi majoris, . .
minoris, . . .
Lactucæ, ...
Bardanæ, ...
Violæ, ...
Umbilici Veneris, vel illius defectu, . .
Telephii, ...
Cymarum Rubi tenerrimarum, . .
Solani Officinarum, ... unciæ ſex.

Contuſa omnia miſceantur cum Axungiâ & oculis Populi, coquantur igne moderato in vaſe clauſo, identidem agitando. Cola, torculari exprime, & Unguentum defæcatum ſerva.

UNGUENTUM

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 315 sur 489

UNGUENTUM MUNDIFICATIVUM DE APIO.

℞. Foliorum recentium Apii, . . . libram unam.
Nicotianæ, . .
Sempervivi majoris, . . } ana semi libram.
Solani, . . .

Abſinthii, . .
Agrimoniæ, . .
Betonicæ, . .
Chelidonii majoris, . .
Marrubii, . .
Millefolii, . .
Pimpinellæ, . . } ana uncias duas.
Plantaginis, . .
Brunellæ, . .
Vincæpervincæ,
Summitatum Anagallidis, ...
Centaurii minoris, . .
Scordii, ...
Veronicæ, ...

Radicum recentium Ariſtolochiæ clematitis, .
Cyperi longi, . } ana uncias duas.
Iridis noſtratis, .
Scrophulariæ majoris, . .

Aloes, ... } ana unciam unam.
Myrrhæ ſelectæ, ...
Olei Olivarum, ... libras quatuor.
Ceræ flavæ, ... uncias duodecim.
Sebi Arietini, ... ſemi libram.
Reſinæ Pini, ... } ana uncias quinque.
Terebinthinæ claræ, . . }

In oleo diſſolve ſebum, dein projice radices & herbas

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 316 sur 489

contusas; coquantur sæpiùs movendo, donec totus plantarum humor ferè consumptus fuerit. Posteà colentur, & fortiter exprimantur. Expresso, fæcibus omnibus exemptis, adde Ceram, Resinam, & Terebinthinam. Coletur iterùm. Unguento semi refrigerato adde Myrrham & Aloem pulveratas.

UNGUENTUM DE ARTHANITA.

℞. Succi vel decocti fortis Arthanitæ, ... libram unam & semis.
Succi Cucumeris agrestis, . . } ana semi libram.
Butyri, ... }
Olei Irini, ... libram unam.
Colocynthidos, ... uncias duas.
Polypodii, ... uncias tres.
Macera & coque secundùm artem. Expressioni adde
Ceræ, ... uncias duas & semis.
Sagapeni præparati, . . . } ana semi unciam.
Fellis Taurini ad mellis spissitudinem cocti, . . . }
Scammonii, ... }
Turpethi, ... }
Colocynthidos, ... } ana drachmas tres & semis.
Baccarum vel foliorum Mezerei, . . . }
Aloes, ... }
Euphorbii, ... }
Salis Gemmæ, ... drachmas duas.
Piperis longi, ... }
Myrrhæ, ... }
Zinziberis, ... } ana drachmam unam & semis.
Florum Chamæmeli pulveratorum, . }
Fiat Unguentum secundùm artem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 317 sur 489

UNGUENTUM *vulgo dictum*, BALSAMUM ARCÆI.

℞. Sevi Hircini, ... libras duas.
Terebinthinæ claræ, }
Gummi Elemi, . . } ana libram unam & semis.
Axungiæ Porcinæ, ... libram unam.
Liquentur simul, colentur, & fiat Balsamum.

UNGUENTUM DE STYRACE.

℞. Olei Nucum, ... uncias undecim.
Colophoniæ, ... uncias quindecim.
Gummi Elemi, . . }
Ceræ flavæ, . . . } ana uncias septem & semis.
Igne moderato liquefiant.
Fusis omnibus adde
Styracis liquidæ, . . . uncias septem & semis.
Fiat Unguentum secundùm artem.

UNGUENTUM TETRAPHARMACUM, *sive* BASILICUM.

℞. Resinæ Pineæ, ... }
Picis Navalis, ... } ana uncias sex.
Ceræ flavæ, ... }
Olei Olivarum, . . . libram unam & semis.
Liquentur & bulliant donec fæx nigra fundum vasis petierit. Per inclinationem effunde; cola, & erit Unguentum.

UNGUENTUM AD AMBUSTA.

℞. Stercoris Gallinæ, ... semi libram.
Foliorum Salviæ, ... libram unam.
Sambuci, ... }
Corticis Sambucini, ... } ana uncias duas.
Vini albi, libras duas.
Axungiæ Suillæ, ... libras tres.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 318 sur 489

Coquantur ſimul igne moderato, identidem movendo. Fiat colatura cum expreſſione. Unguentum defæcatum ſervetur ad uſum.

UNGUENTUM EPISPASTICUM.

℞. Unguenti Populei, ... unciam unam.
Unguenti Baſilici, ...
Cantharidum pulveratarum recentium, ... } ana unciam ſemis.

Miſce. Fiat Unguentum.

UNGUENTUM EPISPASTICUM ALTERUM ABSQUE CANTHARIDIBUS.

℞. Seminis Sinapi in pulverem redacti, . unciam ſemis.
Pyrethri, ... }
Staphidiſagriæ, ... } ana drachmam unam.
Piperis longi pulveratorum, }
Euphorbii pulverati, . . . grana quindecim.

Miſce cum

Unguenti Baſilici, ... unciis duabus.
Terebenthinæ, ... quantitate ſufficiente.

Fiat Unguentum.

UNGUENTUM NUTRITUM.

℞. Lithargyri tenuiſſimè triti, . . . uncias ſex.
Olei Roſati, . . . libram unam & uncias duas.
Aceti acerrimi, ... ſemi libram.

Lithargyrum irrora, Oleo modò, modò Aceto. Agita in mortario, donec Lithargyrus liquorem ebiberit, & fiat Unguentum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 319 sur 489

UNGUENTUM HÆMORRHOIDALE EXTEMPORANEUM.

℞. Unguenti Populei, ... } ana uncias tres.
Nutriti, ... }
Vitellos Ovorum, ... numero tres.
Croci pulverati, . . . drachmam unam & semis.
Opii, ... semi drachmam.
Misce, fiat Unguentum.

UNGUENTUM FUSCUM, vulgò, DE LA MERE.

℞. Axungiæ Porci, ... }
Butyri recentis, ... }
Ceræ flavæ, ... } ana uncias octo.
Sebi Arietini, ... }
Lithargyri præparati, ... }
Olei Olivarum, ... libram unam.
Coque more Emplastri, donec ex fusco nigrescat.

UNGUENTUM FUSCUM ABSQUE LITHARGYRO.

℞. Adipum Bovis, ... }
Vervecis præparatorum, . . } ana libram unam & semis.
Ceræ flavæ, ... }
Picis Burgundiæ, ... } ana libram unam.
Navalis, ... }
Liquefiant igne moderato, & colentur. Fiat Unguentum.

UNGUENTUM ALBUM RHASIS.

℞. Ceræ albæ minutim concisæ, . . . uncias tres.
Olei Rosati, ... uncias duodecim.
Liquentur simul in vase figulino vitrato, tum adde
Plumbi albi præparati & loti, . . . uncias tres.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 320 sur 489

Diu agita piſtillo ligneo, dum perfrixerint, & in Unguentum redige.

Acetum & Caphura, utendi tempore admiſcebuntur, ſi Medico videbitur.

UNGUENTUM RUBRUM EXSICCANS, vulgò, DESICCATIVUM RUBRUM,

℞. Olei Roſati, ... uncias ſexdecim.
Ceræ flavæ, ... uncias quatuor.
Simul liquatis & ab igne remotis, inſperge
Lapidis Calaminaris, . . . } ana uncias tres.
Boli communis præparatorum, }
Lithargyri, ... } ana uncias duas
Plumbi albi præparati & loti, } & ſemis.
Caphuræ, ... drachmam unam.

Hæc omnia tamdiu piſtillo ligneo agita, donec Cerati conſiſtentiam acquirant.

UNGUENTUM AD SCABIEM.

℞. Axungiæ Suillæ ſæpiùs lotæ, . . . uncias ſex.
Radicis Oxylapathi ad putrilaginem coctæ, & per ſetaceum trajectæ, ... } ana unciam unam & ſemis.
Florum Sulphuris, . }
Unguenti Populei in ſucco Enulæ nutriti, . .
. . . . . ſemi unciam.

Omnibus in mortario ritè ſubactis, fiat Unguentum extempore parandum.

UNGUENTUM MERCURIALE CITRINUM AD SCABIEM.

℞. Mercurii crudi purificati, . . . uncias duas.
Spiritûs Nitri quantùm ſatis ad diſſolutionem peragendam; quâ peractâ & refrigeratâ.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 321 sur 489

℞. Axungiæ Suillæ repurgatæ, . . . libras duas. Tere in mortario marmoreo ſenſim ſine ſenſu affundendo diſſolutionem Mercurii ſupradictam. Simulac commixta fuerint omnia, mixturam impone citò chartulis in modulos plicatis: paulò poſt indureſcet Axungia in formam tabellarum, & erit Unguentum.

UNGUENTUM APOSTOLORUM,
SIVE DODECAPHARMACUM.

℞. Ceræ flavæ, ... uncias duas & ſemis.
Terebinthinæ, ...
Gummi Ammoniaci, . . } ana unciam unam &
Reſinæ Pini, ... } drachmas ſex.
Lithargyri purgati & triti, . . . unciam unam
. . . . . & drachmam unam.
Ariſtolochiæ rotundæ, . .
Bdellii, ... } ana unciam unam.
Olibani, ...
Myrrhæ, ... } ana ſemi unciam.
Galbani, ...
Opopanacis, ... } ana drachmas duas.
Viridis æris, ...
Olei Olivarum, . . . libram unam & ſemis.

Lithargyrus in olei portione blando igne nutriatur, tum ſenſim olei reliquum affundatur, & Cera minutim conciſa cum pulveratâ Reſinâ, ut ſimul liquentur, & continuò agitando permiſceantur.

His ab igne ſemotis Gummi pulverata miſcebuntur, dein pulveres Ariſtolochiæ & Myrrhæ, tandemque viridis Æris; & fiet Unguentum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 322 sur 489

UNGUENTUM DIAPOMPHOLIGOS.

℞. Olei Rosati, ... uncias decem.
Succi è Solano, ejusque Baccis viridibus expressi & defæcati, ... uncias quatuor.

Coquantur simul ferè ad succi consumptionem; tunc adde, & cum eis liqua.

Ceræ albæ, ... uncias duas & semis.

Ab igne remoto vase, prædictis superinjice pulverum tenuissimorum.

Pompholygis, id est, florum Zinci, . . . } ana unciam
Plumbi calcinati & porphyrio lævigati, } unam.
Plumbi albi præparati & loti, . . uncias duas.

Postremò

Thuris puri, ... unciam unam.

Pistillo ligneo continenter agita, dum refrixerint, & Unguenti formam acquisiverint.

UNGUENTUM DE TUTHIA.

℞. Tuthiæ præparatæ, ... drachmas duas.
Butyri recentis in aquâ Euphrasiæ loti, . . } ana semi unciam.
Unguenti Rosati, ... }

Misce, fiat Unguentum.

UNGUENTUM COMITISSÆ.

℞. Gallarum immaturarum, . . . unciam unam.
Nucum Cupressi, . . . }
Seminum Berberis, . . }
Plantaginis, . . } ana drachmas duas.
Corticis Granatorum, . . }

Sumach,

Sumach, ... } ana ſemi unciam.
Aluminis rupei, ... }
Miſce. Fiat Pulvis. Tum

℞. Ceræ citrinæ, ... uncias tres.
Olei communis, ... uncias octo.
Maſtiches, ... drachmas duas.
Simul liquatis affunde pulverem ſuprà dictum, & fiat Unguentum ſecundùm artem.

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

℞. Mellis optimi, ... uncias quatuordecim.
Aceti fortis, ... uncias ſeptem.
Viridis Æris pulverati, . . . uncias quinque.
Coquantur ſimul ad Æris diſſolutionem, ita ut Unguento debita ſpiſſitas & purpureus color accedant.

UNGUENTUM GRISEUM MERCURIALE.

℞. Axungiæ Porcinæ lotæ, ... libram unam.
Terebinthinæ communis, . . . unciam unam.
Mercurii crudi, ... uncias duas.
Miſce diligenter, & fiat Unguentum.

UNGUENTUM NEAPOLITANUM, SIVE POMATA MERCURIALIS.

℞. Axungiæ Porcinæ lotæ, . . } ana libram unam.
Mercurii crudi, ... }
Miſce diligenter, & fiat Unguentum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 324 sur 489

EMPLASTRA.

EMPLASTRUM DE BETONICA.

℞. Succi Foliorum Betonicæ defæcati, . libram unam.
Foliorum recentium Betonicæ, . .
Plantaginis, .
Apii, . . .
Lauri, . . .
Verbenæ, . .
Salviæ, . .
Scrophulariæ aquaticæ, . } ana libram semis.
Ceræ flavæ, . . libram unam & uncias quatuor.
Resinæ, . . libram unam & uncias duodecim.
Picis albæ, ... uncias quatuordecim.
Terebenthinæ, ... libram unam.
Mastiches, ...
Olibani, ... } ana unciam unam.
Gummi Elemi purissimi, .

Cera, Resina, Pix & Terebenthina simul liquentur. Liquatis adde contusas herbas & succum; coque ad humidi ferè consumptionem; expressum & denuò liquatum sinito defæcari. Defæcato adde Gummi Elemi: tandem Mastichen & Olibanum pulverata permisce. Fiat Emplastrum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 325 sur 489

EMPLASTRUM DE CICUTA.

℞. Resinæ Pini, . libram unam & uncias quatuordecim.
Ceræ Citrinæ, . libram unam & uncias quatuor.
Picis albæ, ... uncias quatuordecim.
Olei Cicutæ per infusionem & coctionem, . . .
. . . . . uncias quatuor.
Foliorum Cicutæ contusæ, . . . libras quatuor.

Coquantur simul in Emplastrum, cui, per pannum fortiter expresso, permisceatur.

Gummi Ammoniaci, aceto Scyllitico & succo Cicutæ soluti & ad Emplastri formam inspissati, ... libra una.

Fiat Emplastrum secundùm artem.

EMPLASTRUM DE SPERMATE CETI.

℞. Ceræ albæ, ... uncias quatuor.
Spermatis Ceti, ... uncias duas.
Olei Seminum quatuor frigidorum majorum, . .
. . . . . semi unciam,
vel . . . . . quantitatem sufficientem.

Fiat Emplastrum ex-tempore parandum.

EMPLASTRUM ANDREÆ A CRUCE.

℞. Resinæ, ... libram unam.
Gummi Elemi, ... uncias quatuor.
Terebinthinæ Venetæ, . . . } ana uncias duas.
Olei Laurini, ... }

Liquefac omnia igne moderato, ut fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM ODONTALGICUM.

℞. Gummi Tacamahacæ, . . } ana drachmas duas.
Elemi, ... }
Olibani, ... } ana drachmam unam.
Mastiches, ... }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 326 sur 489

Resinæ Pini, ... drachmas sex.
Camphoræ, ... scrupulos duos.
Opii pulverati, ... drachmam unam.
Petrolei, ... quantitatem sufficientem.

Calore moderato liquefiat Resina, dein admisce Gummi Elemi, posteà pulveres cæterorum Gummi & Opii, ultimò Camphoram in Petroleo dissolutam. Fiat Emplastrum secundùm artem, cui olei Caryophyllorum guttæ aliquot admiscebuntur.

EMPLASTRUM STOMACHALE.

℞. Ceræ flavæ, ... uncias tres.
Terebinthinæ, ... } ana uncias duas.
Gummi Tacamahacæ, . . . }
Mastiches, ... }
Labdani puri, ... } ana semi unciam.
Styracis calamitæ, ... }
Benzoini, ... }
Caryophyllorum, ... } ana drachmas duas.
Nucis Moschatæ, pulveratorum, . . . }
Opii pulverati, ... drachmam unam.
Oleorum stillatitiorum Menthæ, }
Juniperi, } ana guttas sex.
Absinthii, }

Cera liquefacta mittatur in mortarium calidum, adde Terebinthinam. Mox insperge Gummi pulverata, jugiter agitando : tum cæteros pulveres ; denique fermè refrigerato Emplastro instilla olea stillatitia : fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM CONTRA RUPTURAM.

℞. Picis navalis, ... libram unam.
Ceræ flavæ, ... } ana uncias quatuor.
Terebinthinæ claræ, . . . }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 327 sur 489

Radicis Conſolidæ majoris ſiccæ, } ana uncias duas.
Maſtiches, ... }
Labdani, ... unciam unam & ſemis.
Hypociſtidos, . . . } ana unciam unam & ſemis.
Terræ ſigillatæ, . . }
Nuces Cupreſſi pulveratas, . numero duodecim.

Fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

℞. Colophoniæ, ... } ana uncias quatuor.
Picis Burgundicæ, . . }
Ceræ flavæ, ... }
Gummi Ammoniaci, . . } ana unciam unam
Galbani, . . . } & drachmas tres.
Terebinthinæ, ... }

Gummi aceto diſſolvantur & coquantur ad mellis ſpiſſitudinem. Terebinthina & Gummi inſpiſſata permiſceantur. Intereà Colophonia, Pix & Cera ſimul lento igne liqueſcant. His ab igne ſemotis tantiſperque refrigeratis, immiſce diligenter Gummi. Poſthac illicò inſperge

Olibani, ... } ana unciam unam
Maſtiches, ... } & drachmas tres.
Myrrhæ, ... }
Croci tenuiſſimè pulveratorum, . . . }

Fiat ex arte Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE MELILOTO SIMPLEX.

℞. Summitatum Meliloti floridarum & recentium, ... libras tres.

Contunde & immite in
Sebi bovini liquefacti, ... libras quatuor.

Coque ferè ad humidi conſumptionem: Sebo fortiter expreſſo immiſce
Reſinæ albæ, ... libras tres.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 328 sur 489

Ceræ flavæ, ... libras ſex.
Et factum erit Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE MELILOTO COMPOSITUM.

℞. Florum Meliloti recentium, . . . uncias ſex.
Chamæmeli, ... uncias tres.
Radicis Altheæ, ... unciam unam.
Croci, ... ſemi unciam.
Seminis Fænugræci, } ana unciam unam & ſemis.
Radicis Ireos, . . }
Gummi Ammoniaci, . . . } ana uncias duas.
Bdellii, ... }
Terebenthinæ claræ, ... uncias ſex.
Ceræ flavæ, ... uncias duodecim.
Sebi Caprini, ... uncias duas & ſemis.
Oleorum Meliloti, . . . } ana quantùm ſatis.
Chamæmeli, . . }
Fiat ex arte Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE MUCAGINIBUS.

℞. Olei Mucaginum, . . uncias ſeptem & ſemis.
Reſinæ Pini, ... uncias tres.
Terebinthinæ, ... unciam unam.
Reſina & Terebinthina liquefiant in oleo. His ab igne remotis & ferè refrigeratis adde
Gummi Ammoniaci, . . . }
Galbani, ... }
Opopanacis, . . . } ana ſemi unciam.
Sagapeni pulverato- }
rum, . . }
Ceræ Citrinæ liquatæ, ... quantum ſufficit.
Croci pulverati, ... drachmas duas.
Fiat ex arte Emplaſtrum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 329 sur 489

EMPLASTRUM EPISPASTICUM

℞. Cantharidum pulveratarum, . . uncias quatuor.
Euphorbii pulverati, ... drachmas quatuor.
Picis Burgundiæ, ... } ana uncias ſex.
Terebinthinæ, ... }
Ceræ flavæ, ... uncias duas.

Cera, Terebinthina, & Pix liquentur, iiſque ab igne remotis pulveres admiſceantur, & agitando, redigantur in Emplaſtrum.

PASTA EPISPASTICA.

℞. Fermenti acerrimi, ... uncias duas.
Pulveris cantharidum, ... drachmas tres.

Malaxentur invicem & fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DIAPALMA.

℞. Lithargiri tenuiſſimè triti, . . }
Olei Olivarum, ... } ana libras tres.
Axungiæ Suillæ ritè expurgatæ, }
Aquæ communis, . . ſufficientem quantitatem.

Bulliant ſimul in vaſe idoneo, ſpatulâ ligneâ aſſiduè verſando. Sub finem adde

Vitrioli albi in aquâ ſoluti, . . uncias quatuor.
Ceræ albæ, ... uncias novem.

Perge coctionem dum omnia concorporentur, & digitis tractari poſſint, & erit Emplaſtrum.

Si loco Vitrioli albi, Colcothar cum Olei Olivarum tantillo ſupra porphyritem lævigatum adhibeatur, fiet Emplaſtrum Diachalciteos.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 330 sur 489

EMPLASTRUM DE MINIO.

℞. Olei Roſati, ... uncias viginti.
Minii, ... uncias duodecim.
Ceræ flavæ, ... uncias tres.
Aquæ communis, ... ſemi libram.

Coque leni calore identidem ab igne removendo, ne comburatur aut albeſcat Emplaſtrum, ſub finem adde Ceram, ut liqueſcat, & erit Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE CERUSA,
SEU ALBUM COCTUM.

℞. Plumbi albi præparati, ... libras tres.
Olei Roſati, ... libras ſex.
Aquæ fontanæ, ... quantum ſatis.
Ceræ albæ, ... uncias novem.

Oleum, Plumbum album, & aqua, bulliant ſimul in vaſe idoneo. Sub finem adde Ceram, ut liqueſcat. Fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM NIGRUM,
SIVE DE CERUSA USTA.

℞. Plumbi albi pulverati, ... libram unam.
Olei Olivarum, ... libras duas.

Coque ſimul igne forti, addendo per vices Aceti paululum, dum conſiſtentiam Emplaſtri, & nigricantem colorem acquiſierit.

Demùm adde
Ceræ flavæ, ... uncias quatuor.

EMPLASTRUM SAPONACEUM.

℞. Saturni rubri, ... libram unam.
albi, ... semi libram.
Olei Olivarum, ... libras duas & semis.
Saponis albi derasi, ... uncias quatuor.
Aquæ communis, ... uncias novem.
Ceræ novæ flavæ, ... uncias tres.

Misce. Fiat Emplastrum secundùm artem.

Massæ hujus Emplastri addi potest ex-tempore, Camphoræ tritæ quantum libuerit; & erit Emplastrum Saponaceum Camphoratum.

EMPLASTRUM NORIMBERGENSE.

℞. Minii, ... uncias octo.
Olei Rosarum, ... uncias viginti.
Ceræ flavæ, ... libram unam.
Caphuræ, ... } ana drachmas sex.
Sebi Cervini, ... }
Aquæ communis, ... quantum satis.

Fiat secundùm artem Emplastrum.

EMPLASTRUM CERONEUM.

℞. Resinæ Pini, ... libras duas & semis.
Picis navalis, ... uncias decem.
Ceræ flavæ, ... uncias duodecim.
Sebi vervecini, ... uncias quatuor.
Boli præparatæ, ... uncias decem.
Myrrhæ, ... }
Olibani, ... } ana uncias duas.
Minii, pulveratorum, ... }

Misce, fiat Emplastrum secundùm artem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 332 sur 489

EMPLASTRUM MAGNETICUM.

℞. Sagapeni, ... }
Ammoniaci, ... }
Galbani in aceto ſcyllitico diſſolutorum, . . } ana uncias tres.

Ceræ flavæ, . . . }
Terebinthinæ Venetæ, . . } ana uncias quatuor & ſemis.

Magnetis Arſenicalis in Alkool redacti, uncias tres.
Colcotharis, ... unciam unam.
Olei ſuccini, ... ſemi unciam.

Fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

EMPLASTRUM DE LINAMENTO.

℞. Linamentorum minutim inciſorum, . uncias octo.
Olei Olivarum, ... libras tres.

Coque in Cacabo ferreo exactè clauſo, ad Linamentorum diſſolutionem. Vaſe refrigerato, fiat colatura cum expreſſione. Tum

℞. Hujus Olei, ... libras duas.
Ceruſæ, ... ſemi libram.
Lithargyri, ... uncias duodecim.
Picis navalis, ... uncias duas.
Ceræ citrinæ, ... uncias octo.
Aloes pulveratæ, ... unciam unam.
Myrrhæ pulveratæ, ... uncias duas.
Thuris pulverati, ... uncias tres.

Miſce, fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

EMPLASTRUM DE STYRACE.

℞. Colophoniæ, ... libram unam.
Ceræ flavæ, ... }
Gummi Elemi, ... } ana ſemi libram.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 333 sur 489

Liquefactis & colatis adde
Emplastri de Linamento, . . . uncias quatuor.
Tum semi-refrigeratæ massæ admisceto,
Styracis liquidæ repurgatæ, . . . libram unam.
Fiat Emplastrum secundùm artem.

EMPLASTRUM ABBATIS de Grace.

℞. Olei Rosati, ... uncias sexdecim.
Succi Rosarum pallidarum defæcati, . } ana uncias octo.
Lithargyri præparati, . . . }
Plumbi albi præparati, ... uncias duas.
Coquantur ex arte in Emplastri consistentiam.
Adde
Ceræ flavæ, ... uncias quatuor.
Fiat Emplastrum secundùm artem.

EMPLASTRUM DIACHYLUM SIMPLEX.

℞. Lithargyri purgati & lævigati, . . . libras tres.
Olei de Mucaginibus, . . . } ana libras sex.
Decocti Radicis Iridis nostratis, }
Coquantur secundùm artem ad debitam Emplastri consistentiam.

DIACHYLUM MAGNUM GUMMATUM.

℞. Massæ Emplastri Diachyli simplicis, libras quatuor.
Ceræ flavæ, ... }
Resinæ Pini, ... } ana uncias tres.
Terebinthinæ, ... }
Liquefiant simul lento igne. Adde

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 334 sur 489

Gummi Ammoniaci, . . .
Bdellii, ...
Galbani, ...
Sagapeni, vino diſſolutorum, colatorum, & ad Mellis conſiſtentiam inſpiſſatorum, . } ana unciam unam.

Miſce, fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

EMPLASTRUM DIVINUM.

℞. Galbani, . . } ana uncias duas & drachmas duas.
Myrrhæ, . . }
Bdellii, ... uncias duas.
Ammoniaci, . . uncias tres & drachmas tres.
Thuris maſculi, . unciam unam & drachmam unam.
Opopanacis, ... }
Maſtiches, ... } ana unciam unam.
Ariſtolochiæ rotundæ, . . }
Æruginis, ... }
Lithargyri præparati, ... libram unam.
Olei Olivarum, ... libras duas.
Aquæ fontanæ, ... quantum ſatis.
Ceræ novæ, ... uncias octo.
Magnetis lævigati, . . unciam unam & ſemis.

Fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

In inſpergendis pulveribus, obſervabitur ſub finem addendam eſſe Æruginem, ſi Emplaſtrum viride volueris; ſi verò rubrum, cum Lithargyro coquendam eſſe.

EMPLASTRUM MANUS DEI.

℞. Olei Olivarum, ... libras duas.
Lithargyri auri præparati, . . . libram unam
. . . . . & unciam unam.
Ceræ citrinæ, . . libram unam & uncias quatuor.
Viridis Æris, ... unciam unam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 335 sur 489

Gummi Ammoniaci, . uncias tres & drachmas tres.
Galbani, . unciam unam & drachmas duas.
Opopanacis, ... unciam unam.
Sagapeni, ... uncias duas.
Maſtiches, ... unciam unam.
Myrrhæ, . unciam unam & drachmas duas.
Olibani, ... } ana uncias duas.
Bdellii, ... }
Ariſtolochiæ rotundæ, ... unciam unam.
Lapidis Calaminaris, ... uncias duas.

Primùm Lithargyrus cum oleo Olivarum in Cacabo æneo amplo debitè agitetur, deindè addantur aquæ communis libræ tres circiter, & coquantur, ut artis eſt, ad Emplaſtri ſolidi ſpiſſitudinem. Tum injecta cera liqueſcat. Liquatâ cerâ, Emplaſtro ab igne ſemoto addantur Galbanum, Ammoniacum, Opopanax, & Sagapenum aceto liquata, percolata, ritè inſpiſſata, tandem pulvis ex Maſtiche, Myrrhâ, Olibano, Bdellio, Lapide Calaminari, Viride Æris & Ariſtolochiâ paratus. His omnibus ritè permixtis, confectum erit Emplaſtrum.

EMPLASTRUM STYPTICUM.

℞. Minii, ... } ana uncias tres.
Lapidis Calaminaris præparati, }
Lithargyri præparati, ... uncias ſex.
Oleorum Lauri, ... uncias tres.
Lini, ... } ana uncias novem.
Olivarum, . . }
Ceræ, ... } ana uncias ſex.
Colophoniæ, ... }
Vernicis, ſeu Reſinæ Sandaracæ, . } ana uncias tres.
Terebinthinæ, ... }

Gummi Ammoniaci,
Bdellii, . .
Galbani, . . } ana unciam unam & ſemis.
Opopanacis,
Sagapeni, .

Karabe Citrini præparati, . .
Olibani, ...
Myrrhæ, ...
Aloes, ... } ana ſemi unciam.
Ariſtolochiæ longæ, ...
rotundæ, . . .

Radicis Tormentillæ, ... drachmas ſex.
Hæmatitæ præparatæ, . . . uncias quatuor.
Sanguinis Draconis, . . .
Boli rubri, ... } ana ſemi unciam.
Vitrioli albi, ...
Florum Antimonii rubrorum, ... } ana drachmam unam.
Croci Martis aſtringentis,
Camphoræ in oleo Juniperino ſolutæ, ſemi unciam.

Fiat ex arte Emplaſtrum.

EMPLASTRUM GRISEUM, vulgò, DU BAUME VERD.

℞. Olei Olivarum, ...
Lini, ... } ana libras quatuor.
Lithargyri, ... libras ſex.

Coquantur ex arte ad debitam Emplaſtri conſiſtentiam cum

Aquæ, ... ſufficienti quantitate.

Tum admiſce

Gummi Galbani, . . .
Opopanacis, . . } ana uncias quatuor.
Bdellii, ...
Ammoniaci, . . . } ana uncias octo.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 337 sur 489

Quæ priùs aceto diſſoluta, trajecta, igne lento ad debitam conſiſtentiam inſpiſſentur.

Tum adde

Ceræ novæ, ... libras duas.
Radicis Ariſtolochiæ rotundæ, . . uncias octo.
Tuthiæ præparatæ, . .
Myrrhæ, ...
Olibani, ... } ana uncias quatuor.
Oleorum Laurini, . .
Juniperi, . .
Caryophyllorum, . . . ſemi unciam.
Terebinthinæ Venetæ, ... ſemi libram.

Fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

EMPLASTRUM DE RANIS, SEU DE VIGO.

℞. Ranas aquaticas majores viventes numero, . .
. . . . . viginti quatuor.
Lumbricorum terreſtrium recentium vino albo ablutorum, ... libram unam.
Radicum recentium Ebuli, . } ana libram unam.
Enulæ, }
Florum ſiccatorum Chamæmeli, }
Lavandulæ, } ana unciam unam
Matricariæ, . } & ſemis.
Meliloti, . . }
Aceti acerrimi, ... } ana libras duas.
Vini albi, ... }
Aquæ communis, . . quantitatem ſufficientem.

Fiat Decoctum ſecundùm artem. Deinde

℞. Lithargyri præparati, ... libras quatuor.
Pinguedinum Porci, . . } ana libram unam.
Vituli, . . }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 338 sur 489

Oleorum Ranarum, ...
Lumbricorum, . .
Anethini, ...
Chamæmelini, . .
de Spicâ per infusionem, & coctionem parati, ...
Enulæ, ... } ana semi libram.
Liliorum, ...

Pinguedines in oleis liquefiant, simulque cum lithargyro frigidè confundantur, & cum decocto præscripto in Emplastrum solidius ex arte coquantur. Tum admisce

Olei Laurini, ... uncias quatuor.
Ceræ flavæ, ... libras duas.
Styracis liquidæ, ... uncias quatuor.
Terebinthinæ claræ, ... uncias duas.

Emplastro ab igne temoto insperge

Pulverum Olibani, ...
Euphorbii, . .
Myrrhæ, ...
Croci, ... } ana unciam unam.

Pulveris Viperarum, ... uncias duas.

Demùm & ferè refrigeratæ massæ instilletur guttatim, semper movendo,

Olei essentialis Lavandulæ, . drachma una & semis.

Fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM DE RANIS, SEU DE VIGO CUM MERCURIO.

℞. Hydrargyri per alutam trajecti, . libram unam.
Extingue cum
Terebinthinæ, & . . . . .
Styracis liquidæ repurgatæ, . } ana unciis duabus.

Extinctus Hydrargyrus, & cum Terebinthinâ & Styrave debitè mistus, confundatur cum dimidiâ parte Emplastri suprà præscripti;

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 339 sur 489

præſcripti; diligenter & accuratè terantur, ſubigantur, permiſceantur & in formam Emplaſtri redigantur.

EMPLASTRUM OPODELTOCH.

℞. Ceræ novæ mundiſſimæ, ... libram unam.
Terebinthinæ Venetæ claræ, . . . ſemi libram.
Oleorum Hyperici, Myrthini, } ana unciam unam & ſemis.
Gummi Elemi, ... uncias tres.
Ammoniaci, . . Galbani, ... Opopanacis, . . . Succini albi præparatorum, . } ana drachmas tres.
Colophoniæ, ... drachmas ſex.
Olibani, ... Maſtiches, ... Sanguinis Draconis, . . Sarcocollæ, ... } ana drachmam unam & ſemis.
Aloes Hepaticæ, ... ſemi drachmam.
Myrrhæ, ... drachmam unam.
Lapidis Magnetis præparati, . . drachmas ſex.
Croci Martis aſtringentis, Tuthiæ præparatæ, . . } ana unciam unam.
Lapidis Calaminaris præparati, . uncias quinque.
Lithargyri præparati, ... unciam unam.
Colcotharis edulcati, ſive ejus Terræ, uncias duas.
Succorum Alchimillæ, . . Symphyti, . . . Veronicæ, . . . Pyrolæ, ... Saniculæ, . . . Conſolidæ mediæ, Telephii, . . . Nicotianæ, . . Nummulariæ, . } ana unciam unam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 340 sur 489

Olea cum ſuccis coquantur ad humidi conſumptionem. Adde Ceram & Colophoniam liquatas ſimul & colatas. His ab igne ſemotis & ſemi-refrigeratis immiſce Gummi pulverata & Terebinthinam, poſtremò cætera in pulverem acta; & fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

EMPLASTRUM DIABOTANUM.

M. Fr. BLONDEL.

℞. Foliorum recentium cum Radicibus Bardanæ, ...
Petaſitidis, ...
Calendulæ, ...
Cicutæ, ...
Chamæpithyos, . . .
Leviſtici, ...
Valerianæ majoris, .
Angelicæ hortenſis, .
Enulæ campanæ, . .
Raphani ruſticani, .
Cucumeris ſylveſtris,
Scrophulariæ, . . .
Illecebræ, ...
Chelidoniæ majoris, & minoris, . .
Gratiolæ, ...
} ana uncias ſex.

Coque in Aquæ communis, . . ſufficienti quantitate. Cola. Expreſſo adde

Succorum Cicutæ . . . . .
Chelidonii majoris,
Hormini, ...
} ana libras quatuor.
Illecebræ, ... libram unam.

Vaporent Balneo-maris ad extracti ſolidioris conſiſtentiam; hujus uni libræ admiſce

Gummi Galbani, ... }
Ammoniaci, ... }
Opopanacis, ... } ana uncias
Sagapeni, in aceti ſcyllitici } quatuor.
ſufficienti quantitate ſoluto-
rum & inſpiſſatorum, . . }

Intereà;

℞. Lithargyri pulverati, ... libras duas.
Oleorum de Lumbricis, . . . }
Catellis, ... } ana uncias octo.
Meliloto, ... }
Mucaginibus, . . . }

Aquæ communis circiter, . . . uncias viginti.

Coque ſimul ad Emplaſtri paulò ſiccioris conſiſtentiam, cui per vices admiſce Extractum ſuprà dictum, permixtum cum Gummi leni calore priùs liquefactis. Tum adde

Sulphuris vivi tenuiſſimè pulverati, uncias quindecim.

Poſteà liquefiat

Ceræ Citrinæ, ... }
Styracis liquidæ repurgatæ, . . } ana libra una.
Picis Burgundicæ, ... }

Maſſæ ſemi-refrigeratæ inſperge pulveres

Radicum Ireos Florentinæ, . }
Cyclaminis, . . }
Ranunculi Tuberoſi, } ana drachmas ſex.
Coronæ Imperialis, }
Serpentariæ, . . }
Hellebori albi, . . }
Sigilli Beatæ Mariæ, } ana unciam unam.
Ari, ... }
Trium Ariſtolochiarum, ana drachmas duas.
Aſari, ... uncias tres.
Foliorum Piſtachiorum, . . . drachmas tres.
Baccarum Lauri, ... ſemi unciam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 342 sur 489

Seminum Angelicæ, ...
Naſturtii, ... } ana drachmas ſex.
Cumini, ... uncias tres.
Fimi columbini, ... unciam unam.
Bituminis Judaïci, ...
Olibani, ... } ana uncias octo.
Maſtiches, ... }
Gummi Tacamahacæ, . . . uncias duodecim.
Bdellii, ... }
Myrrhæ, ... } ana uncias tres.
Euphorbii, ... unciam unam.

His ritè permixtis tandem adde

Camphoræ, ... unciam unam & ſemis
In Olei Caryophyllorum, ... unciâ unâ ſolutæ.
Olei de Lateribus, . . . uncias duas & ſemis.

Fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

SPARADRAP, SEU TELA GUALTERII.

℞. Maſſæ Emplaſtri Diapalmæ, . . . } ana libram
Diachyli ſimplicis, } unam.
de Ceruſſâ, . . . ſemi libram.

Liquatis ſimul admiſce

Ireos Florentinæ pulveratæ, unciam unam & ſemis.

Statim immerge telas vetuſtate detritas, & erit Sparadrap.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 343 sur 489

APPENDIX
PRO
CADAVERUM CONDITURA.

PULVIS AD CONDIENDUM COR.

℞. Cinnamomi, ... } ana uncias octo.
Myrrhæ, ... }
Aloes . . . . . }
Ladani, ... }
Benzoini, ... } ana uncias quatuor.
Caryophyllorum, ... }
Nucis Moſchatæ, . . . }

Miſce, fiat Pulvis tenuiſſimus.

PULVIS AD CONDIENDA INTERANEA, ET CAVITATES IMPLENDAS.

℞. Myrrhæ, ... } ana libras ſexdecim.
Aloes, ... }
Bituminis Judaïci, ... libras decem.
Salis marini decrepitati, ... libras ſex.
Radicum Angelicæ, ... }
Imperatoriæ, . . . }
Acori, ... } ana libras tres.
Aſari, ... }
Iridis Florentinæ, . }
Zingiberis, ... }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 344 sur 489

Ligni Saſſafras, ... }
Santali citrini, ... }
Juniperini, ... } ana libras duas.
Rhodii, ... }
Cedrini, ... }

Summitatum Lavandulæ, . . }
Sabinæ, ... }
Menthæ, ... }
Thymi, ... } ana libram unam.
Roriſmarini, . . }
Salviæ, ... }
Stœchados, . . }
Abſinthii, . . . }

Miſce, fiat Pulvis.

PULVIS AD INFARCIENDAS CARNES.

℞. Cinnamomi, ... }
Canellæ albæ, ... }
Caſſiæ Caryophyllatæ, . . . }
Coſti, ... }
Piperis Jamaïcenſis, . . . }
Piperis nigri, ... }
Radicum Enulæ, ... } ana ſemi libram.
Iridis Florentinæ, . . }
Cyperi longi, . . . }
Acori veri, . . . }
Caryophyllorum, ... }
Nucis Moſchatæ, ... }

Myrrhæ, ... }
Aloes, ... } ana libras tres.

Bituminis Judaïci, ... }
Benzoini, ... }
Tacamahacæ, ... } ana libras duas.
Ladani, ... }
Olibani, ... }

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 345 sur 489

Foliorum Lauri, ... }
Majoranæ, . . . } ana libram unam.
Thymi, . . . }
Florum Lavandulæ, ... libras duas.
Fiat omnium Pulvis tenuiſſimus.

BALSAMUM AD LORICANDUM CORPUS.

℞. Balſami Peruviani, . }
de Copaiba, . } ana libram unam & ſemis.
Styracis liquidæ, . . }
Olei Nucis Moſchatæ, ... uncias octo.
Oleorum Lavandulæ, ... uncias duas.
Thymi, ... ſemi unciam.
Liqueſiant Balneo-maris, ut fiat Balſamum.

SPARADRAP

AD CORPUS CONDITUM INVOLVENDUM.

℞. Ceræ albæ, ... libras octo.
Olei Nucis Moſchatæ, ... ſemi libram.
Oleorum eſſentialium Citrei, . . . }
Lavandulæ, . } ana uncias
Neroli, . . . } quatuor.
Thymi, . . }
Eſſentiæ Regiæ, ... drachmas duas.
Liqueſiat Cera blando igne, cui refrigeſcenti adde primò Oleum Nucis Moſchatæ, tum & cætera olea. Fiat ex arte Unguentum, cui tela vel pannus ſericeus immergatur; & fiat Sparadrap.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 346 sur 489

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS,

AD SINGULAS CORPORIS CONDIENDI LOTIONES.

℞. Spiritûs vini rectificati, . . . libras duodecim.
Camphoræ, ... libras duas.
Miſce ad uſum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 347 sur 489

OPERATIONES CHYMICÆ.

DISTILLATIONUM MODI.

AQUÆ DISTILLATÆ SIMPLICES.

AQUA COMMUNIS DISTILLATA.

℞. Aquæ Pluvialis seu Fluviatilis, . quantum libuerit.
Distilla Balneo-maris circiter ad duas tertias.

MODUS DISTILLANDI HERBAS MINUS ODORAS.

℞. Herbarum recentium & integrarum, . libram unam.
Affunde aquæ communis, ... libras duas.
Distilla Balneo-maris ad medias.

Sic distillantur

Acetosa,
Argentina,
Arthemisia,
Bardana,

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 348 sur 489

Sic distillantur

Betonica,
Borrago,
Bugloſſum,
Bugula,
Calendula,
Carduus Benedictus,
Centaurium minus,
Centinodia,
Chelidonium,
Cichorium,
Conſolida major,
Euphraſia,
Fumaria,
Herniaria,
Lactuca,
Oxytriphyllum,
Parietaria,
Plantago,
Portulaca,
Sanicula,
Scabioſa,
Sempervivum,
Solanum,
Verbena,
Veronica,
Ulmaria, &c.

Nota herbas maximè ſuccoſas, Portulacam verbi gratiâ & Sempervivum, &c. Aquâ non indigere; ſed earum Succos recèns expreſſos, Balneo-maris, ad medias eſſe diſtillandos.

MODUS DISTILLANDI HERBAS ACRI AUT VOLATILI SUCCO PRÆGNANTES.

℞. Herbas illas virentes, leviter conciſas, non contuſas. Affunde Aquæ limpidæ pondus æquale.

Diſtilla ſecundùm artem ad medias, Balneo-maris, in vaſe vitreo, aut ſaltem Stanneo.

Sic diſtillantur

Beccabunga,
Berula,
Cochlearia,
Naſturtium,
Trifolium fibrinum,
Lepidium,
Radices Raphani ruſticani, ſcobinâ deraſæ &c.

MODUS DISTILLANDI PLANTAS ODORAS.

℞. Plantas illas recentes cum floribus: mundatis illis, & manibus diſcerptis affunde Aquæ limpidæ pondus duplum, diſtilla ex arte Balneo-maris ad medias.

Hoc modo diſtillentur

Abſinthium,
Angelica,
Chamæmelum,
Chærophyllum,
Fœniculum,
Hyſſopus,
Majorana,
Meliſſa,
Mentha,
Ruta,
Salvia,
Scordium,
Tanacetum,
Thymum.

Huc pertinent Myrthus,
Sabina,
Summitates Arantiorum,
Citreorum,
Lauri,
Lentiſci, quorum folia & ſummitates per biduum macerari indigent: tum & Angelica, ſi cum radicibus diſtillatur.

MODUS DISTILLANDI BACCAS ET SEMINA.

℞. Baccarum Juniperi recentium contuſarum, . .
. . . . . libras quatuor.
Aquæ communis circiter, . . libras duodecim.
Macerentur per viginti-quatuor horas in loco tepido.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 350 sur 489

Balneo-maris distilla secundùm artem circiter ad medias.

Simili modo distillentur

Baccæ Lauri, &c.
Semina Angelicæ,
Apii hortensis,
Coriandri,
Carvi,
Cumini,
Fœniculi, &c.

MODUS DISTILLANDI FLORES MINUS ODOROS.

℞. Flores istos recentes; adde pro singulis libris Florum Aquæ limpidæ calentis libras circiter tres. Distilla Balneo-maris secundùm artem, & elice Aquæ libram unam.

Hoc modo distillentur

Flores Cyani,
Fabarum,
Nymphææ,
Pœoniæ,
Papaveris Rhœados, &c.

MODUS DISTILLANDI FLORES ODOROS SUCCOSOS.

℞. Flores istos recentes mundatos. Adde Aquæ limpidæ libras circiter tres pro singulis florum libris. Distilla Balneo-maris secundùm artem, & elice Aquæ libram unam.

Hoc modo distillantur

Flores Arantiorum,
Caryophyllorum hortensium,

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 351 sur 489

Flores Keiri,
Acaciæ,
Lilii convallium,
Liliorum alborum,
Roſarum pallidarum,
Rubrarum,
Damaſcenarum,
Sambuci,
Tiliæ,
Primulæ veris, &c.

Nota Flores iſtos mundatos poſſe diſtillari per ſe, Balneo-maris, & elici Aquæ uncias ſex; & vocabuntur Aquæ Florum eſſentiales.

MODUS DISTILLANDI FLORES ODOROS, MINUS SUCCOSOS.

℞. Flores iſtos cum calycibus. Affunde aquæ limpidæ libras circiter quatuor pro ſingulis Florum libris; macerentur per viginti-quatuor horas. Fiat diſtillatio Balneo-maris ſecundùm artem, elice Aquæ libram unam.

Hoc modo diſtillentur

Flores Calendulæ,
Chamæmeli,
Lavandulæ,
Matricariæ,
Meliloti,
Roriſmarini,
Stœchados,
Tuſſilaginis,
Calyces Roſarum, &c.

Nota Aquas eſſentiales horum Florum eodem modo elici, ut ſuprà dictum eſt de Floribus odoris ſuccoſis, extrahendo tantùm Aquæ uncias tres.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 352 sur 489

MODUS DISTILLANDI FRUCTUS.

℞. Fructus maturos, tunde leviter, adde Aquæ limpidæ libram circiter unam pro ſingulis Fructûs libris; diſtilla Balneo-maris ex-tempore ſecundùm artem, elice Aquæ uncias octo.

Sic diſtillentur

Fructus Alkekengi,
Cornorum,
Meſpilorum, &c.

Fraga & Frambœſia diſtillentur, manibus tantùm contrita.

Ceraſa nigra, contrita, rejectis Nucleis.

Melones, Citrulli, Cucumeres, &c. pelle denudati & in taleolas ſecti.

AQUA NUCUM.

℞. Iulorum ſeu florum Nucis Juglandis, ... quantùm volueris.

Terantur & infundantur in aliorum Iulorum decocto ad ſupereminentiam. Diſtilla.

Aquam diſtillatam affunde ſupra Nuces immaturas & contuſas. Macerentur per viginti-quatuor horas. Fiat altera diſtillatio.

Affunde Aquam hanc diſtillatam ſuprà Nuces integras maturitati proximas contuſas. Macerentur ut ſuprà, & fiat tertia diſtillatio.

AQUA CORTICUM CITREI.

℞. Flavedinum Citrei, ... libram unam.
Aquæ communis, ... libras ſex.

Macerentur per biduum. Diſtilla ſecundùm artem, Balneo-maris ad medias.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 353 sur 489

Simili modo distillentur

Cortices Arantiorum,
Bergamiorum.

Nota Ejusmodi fructus unâ cum cortice per taleolas sectos, per se distillari posse Balneo-maris in vase vitreo, ut eliciatur Aqua dicta totiûs Fructus.

MODUS DISTILLANDI LIGNA, CORTICES, ET RADICES SICCAS.

℞. Ligni Sassafras scobinâ derasi, . . libram unam.
Aquæ communis circiter, ... libras sex.
Macerentur per aliquot dies in loco tepido. Per vesicam distilla circiter ad medias.

Simili modo distillentur

Aquæ Lignorum Rhodii,
Aloes,
Santali citrini,
Aquilæ,
Cerasi amari, &c.
Corticum Sassafras,
Cascarillæ,
Costi albi, &c.
Radicum siccarum Enulæ,
Angelicæ,
Mei,
Acori,
Cyperi, &c.

AQUA CINNAMOMI SIMPLEX.

℞. Cinnamomi acuti frustulatim effracti, . semi libram.
Aquæ communis calentis, . . . libras quatuor.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 354 sur 489

Fiat maceratio per biduum, in loco calido. Distilla ex arenâ secundùm artem in cucurbitâ vitreâ. Libras duas Aquæ elicito.

AQUA SPERNIOLÆ,
SIVE SPERMATIS RANARUM.

℞. Sperniolæ recentis idoneo tempore lectæ, ... quantum volueris.

Distilla Balneo-maris ferè ad siccitatem, cavendo ab Empyreumate.

Simili modo distillantur

Aquæ Milleflorum, seu Stercoris vaccini;
Seri lactis, &c.

AQUA LIMACUM.

℞. Limacum in vinetis collectorum, à sordibus mundatorum, ... libras tres.

Leviter contunde cum testis. Mitte in cucurbitam vitream. Affunde

Seri Lactis recentis, ... libras quatuor.

Distilla secundùm artem Balneo-maris, ad medias.

AQUA MELLIS.

℞. Mellis exquisiti, ... quantum volueris. Inde in cucurbitam vitream, cujus quintam aut sextam capacitatis partem occupet. Elicito phlegma Balneo-maris, Aquam Mellis dictum.

Materiæ superstiti misce arenæ lotæ & exsiccatæ quantum capere poterit. Distilla igne arenæ ex retortâ. Prodibit Aqua flava seu Spiritus Mellis.

AQUÆ

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 355 sur 489

AQUÆ DISTILLATÆ COMPOSITÆ, AUT SPIRITUOSÆ.

AQUA MELLIS ODORA REGIA.

℞. Aquæ vitæ, ... libras quatuor & ſemis.
Mellis albiſſimi, ... } ana uncias octo.
Coriandri, ... }
Caryophyllorum, ... drachmas ſex.
Nucis Moſchatæ, . . } ana drachmas quatuor.
Styracis Calamitæ, . . }
Benzoini, ... }
Vaniliarum, ... drachmas tres.
Flavedinis citrei recentis, . . . unciam unam.

Pulveranda craſſiuſculè pulverentur, & omnia ſimul macerentur per biduum. Tum inſtituatur diſtillatio Balneomaris ferè ad ſiccitatem. Inter diſtillandum Ambari & Moſchi ana grana duo cum ſemiſſe, nodulo incluſa, extremo capitelli roſtro ita appendantur, ut ſtillans Aqua odore aromatum imprægnetur.

Diſtillato liquori admiſce

Aquarum Roſarum, . . } ana uncias duodecim.
Naphæ eſſentialium, . . }

Et ſerva ad uſum in vaſe ritè clauſo.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 356 sur 489

AQUA MELISSÆ COMPOSITA.

℞. Foliorum Meliſſæ ſiccatorum, . uncias quatuor.
Flavedinum citrei ſiccatorum, . . uncias duas.
Nucis Moſchatæ, ...
Coriandri, ... } ana unciam unam.
Caryophyllorum, ...
Cinnamomi, ... } ana ſemi unciam.
Radicis Angelicæ Bohemicæ, }

Contuſis contundendis omnia macerentur per triduum in
Spiritûs vini rectificati, ... libris duabus.
Aquæ Meliſſæ Balneo-maris diſtillatæ, . librâ unâ.
Diſtilla Balneo-maris ſecundùm artem, ferè ad ſiccitatem.

AQUA MENTHÆ COMPOSITA.

℞. Foliorum Menthæ recentium mundatorum, . .
. . . . . libras duas.
Abſinthii minoris, . . . uncias tres.
Summitatum ſiccatarum Ocymi, . } ana uncias duas.
Pulegii, . }
Roriſmarini, } ana drachmas
Florum Lavandulæ, ... } duas.
Cinnamomi, ... ſemi unciam.
Coriandri, ... drachmas ſex.
Caryophyllorum, ... drachmam unam.
Spiritûs vini rectificati, ... libram unam.
Aquæ infuſionis Menthæ, . . . libras quinque.

Pulveranda pulverata macerentur per duodecim horas.
Tum diſtilla Balneo-maris, ferè ad ſiccitatem.

AQUA ODORATA, MILLEFLORUM DICTA.

℞. Aquarum eſſentialium Florum
Arantiorum, ... uncias octo.
Roſarum pallidarum, . . } ana uncias
Moſchatarum, . } quatuor.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 357 sur 489

Aquarum essentialium Meliloti, . . . uncias sex.
Caryophyllorum hortensium, . } ana uncias
Thymi, . . . } tres.
Santali citrini, ...
Mellis Regiæ, ... uncias octo.
Spiritûs ardentis Rosarum, . . . } ana unciam
Corticis citrei, . . } unam.
Essentiæ Regiæ, ... }
Tincturæ Ambari, ... } ana guttas tres.
Moschi, ... }

Fiat Mixtura.

AQUA CINNAMOMI SPIRITUOSA.

℞. Cinnamomi acuti fustulatim effracti, . semi libram.
Aquæ communis, ... libram unam.
Spiritûs vini, Aquæ vitæ dicti, . . . libras duas.

Fiat maceratio per triduum in vase vitreo ritè obturato. Distilla ex arena; elice Aquæ libram unam.

AQUA REGINÆ HUNGARIÆ.

℞. Florum Rorismarini recentium cum calicibus, ... quantum volueris.

Mitte in cucurbitam vitream. Affunde Spiritûs vini rectificati quantitatem sufficientem, ut imbuantur. Occlusis commissuris fiat maceratio per sex dies. Distilla secundùm artem Balneo-maris.

Simili modo eliciuntur

Spiritus Lavandulæ,
Absinthii,
Thymi,
Myrthi,
Corticum recentium Citri,
Arantiorum, &c.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 358 sur 489

AQUA AD GINGIVAS.

℞. Cinnamomi acuti, ... uncias duas.
Caryophyllorum, ... drachmas ſex.
Cortices trium Limonum majorum recentium,
Roſarum rubrarum, ... unciam unam.
Aquæ Naſturtii aquatici, ... libram unam.
Cochleariæ, ... ſemi libram.
Spiritûs vini rectificati, ... libras tres.

Contuſis contundendis, omnia digerantur per viginti-quatuor horas in cucurbitâ vitreâ. Diſtilla Balneo-maris ad ſiccitatem.

AQUA IMPERIALIS.

℞. Radicum Imperatoriæ, ...
Cyperi, ...
Ireos Florentinæ, . .
Angelicæ Bohemicæ, . } ana ſemi unciam
Acori veri, ...
Galangæ minoris, . .
Zedoariæ, ...
Cinnamomi acuti, ... uncias duas.
Santali citrini, ...
Summitatum ſiccatarum Hyſſopi, .
Majoranæ, } ana unciam
Thymi, . } unam.
Satureiæ, .
Lavandulæ,
Salviæ, . .
Roriſmarini, } ana drachmas
Betonicæ, . } duas.
Florum Calendulæ, ...
Stœchados, ...

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 359 sur 489

Caryophyllorum, ...
Nucis Moſchatæ, ...
Flavedium Citrei, ...
Arantiorum recentium, . . } ana uncias duas.

Contundenda contundantur, omniaque macerentur ſimul per triduum in

Spiritûs vini rectificati, ... libris octo.
Aquarum Meliſſæ ſimplicis, . . . libris quatuor.
Florum Arantiorum, . . . ſemi-librâ.

Fiat diſtillatio Balneo-maris, ferè ad ſiccitatem.

AQUA THERIACALIS.

℞. Radicum Helenii, ... } ana unciam unam.
Angelicæ Bohemicæ, . .
Cyperi, ...
Zedoariæ, ...
Contrayervæ, ...
Imperatoriæ, ...
Valerianæ Sylveſtris, . .
Viperinæ, ...

Flavedinum Citrei, ... } ana ſemi unciam.
Arentiorum recentium, .
Caryophyllorum, ...
Cinnamomi, ...
Galangæ, ...
Baccarum Juniperi, ...
Lauri, ...
Summitatum Salviæ, ...
Roriſmarini, ...
Rutæ, ...

Spiritûs vini rectificati, . . . } ana libras tres.
Aquæ Nucum, ...

Fiat maceratio per triduum. Tandem diſſolve Theriacæ uncias octo in totidem unciis Spiritûs vini rectificati. Diſtilla ſecundùm artem Balneo-maris, ferè ad ſiccitatem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 360 sur 489

Si Camphoræ drachmæ duæ addantur unciis decem Aquæ Theriacalis ſuprà dictæ, tunc Aqua Theriacalis camphorata nuncupatur.

AQUA VULNERARIA.

℞. Radicum Symphyti majoris, . . .
Foliorum Symphyti majoris, . . .
minoris, . . .
Bellidis majoris, . . .
minoris, . . .
Bugulæ, ...
Saniculæ, ...
Betonicæ, ...
Scrophulariæ majoris, . .
Plantaginis, ...
Agrimoniæ, ...
Hyperici cum ſummitatibus,
Vincæ Pervincæ, . . .
Hederæ terreſtris, . . .
Arthemiſiæ, ...
Veronicæ, ...
Verbenæ, ...
Telephii majoris, . . .
Milleſolii, ...
} ana uncias quatuor.

Foliorum & ſummitatum
Salviæ minoris, ...
Angelicæ, ...
Tanaceti hortenſis, . .
Abſinthii vulgaris majoris,
minoris,
Satureiæ, ...
Chelidonii, ...
Fœniculi, ...
Ariſtolochiæ clematitis, .
Menthæ, ...
Hyſſopi, ...
Nicotianæ, ...
} ana uncias octo.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 361 sur 489

Foliorum & ſummitatum

Ocymi, ... }
Rutæ, ... }
Thymi, ... }
Chamæmeli, ... } ana uncias
Scordii, ... } quatuor.
Majoranæ, ... }
Roriſmarini, ... }
Virgæ aureæ, ... }

Conciſa omnia miſceantur. Tum adde

Summitatum Lavandulæ floridarum & exſiccatarum,
. . . . . libram unam.

Origani, ... }
Calaminthæ, . . } ana uncias ſex.
Florum ſiccatorum Sambuci, . }

Poſt debitam macerationem in Vini albi libris ſexaginta. Diſtilla ad medias, Balneo-maris.

Nota poſſe extrahi, abſque Vino, Aquam non Spirituoſam.

AQUA VULNERARIA SPIRITUOSA.

℞. Earumdem herbarum, ac ſuprà in Aquâ vulnerariâ, idem pondus. Similiter concidantur. Harum fiat maceratio per octiduum in

Aquæ vitæ, ... libris ſexaginta.

Diſtilla ſecundùm artem, Balneo-maris.

Eadem parari poteſt per infuſionem, abſque diſtillatione.

AQUA GENERALIS.

℞. Seminum Coriandri, . . . }
Carvi, ... }
Seſeleos, ... }
Cumini, ... } ana unciam unam
Aniſi, ... } & ſemis.
Fœniculi, ... }
Anethi, ... }

Radicum Pœoniæ maris, ...
Valerianæ ſylveſtris, . .
Galangæ minoris, . . .
Zedoariæ, ...
Mei, ...
Spicæ-Nardi, ...
Angelicæ Bohemicæ, . .
Anthoræ, ...
Carlinæ, ...
Contrayervæ, ...
Viperinæ, ...
Gentianæ, ...
Imperatoriæ, ...
Vincetoxici, ...
Helenii, ...
Ireos Florentinæ, . . .
Ari, ...
Acori veri, ...
Zingiberis, ... } ana unciam
Rubiæ tinctorum, . . . } unam.
Curcumæ, ...
Filicis majoris, . . .
Cyclaminis, ...
Bryoniæ, ...
Ariſtolochiarum trium, .
Fraxinellæ, ...
Pentaphylli, ...
Caryophyllatæ, . . .
Raphani ruſticani, . . .
Trifolii fibrini, ...
Fœniculi, ...
Calcitrapæ, ...
Pimpinellæ ſaxifragæ, . .
Chelidonii utriuſque, . .
Scrophulariæ, ...
Cynogloſſi, ...
Aſari, ...

Foliorum

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 363 sur 489

Foliorum Betonicæ, . . .
Chamædryos, . .
Chamæpityos, . .
Majoranæ, . . .
Meliſſæ, ...
Ocymi, ...
Origani, ...
Pulegii, ...
Polii, montani, . .
Roriſmarini, . . .
Serpilli, ...
Thymi, ...
Hyſſopi, ...
Salviæ minoris, . .
Satureiæ, ...
Mari, ...
Scordii, ...
Marrubii albi, . .
Veronicæ, . . .
Menthæ hortenſis, . } ana unciam unam.
Fumariæ, . . .
Abſinthii Pontici, .
minoris, .
Bellidis majoris, .
minoris, .
Tanaceti, ...
Matricariæ, . . .
Nepetæ, ...
Dictamni Cretici, .
Abrotani, . . .
Centaurii minoris, .
Chærophylli, . . .
Virgæ aureæ, . .
Hyperici, ...
Cochleariæ, . . .
Becabungæ, . . .
Naſturtii, ...
Trifolii fibrini, . .
Siſymbrii, ...

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 364 sur 489

Florum Roriſmarini, ...
Betonicæ, ...
Lavandulæ, ...
Lilii convallium, . . .
Primulæ Veris, ...
Stœchados, ...
Roſarum rubrarum, . .
Tiliæ, ...
Tunicæ, ...
Sambuci, ...
Arantiorum, ...
Calendulæ, ...
Geniſtæ, ...
Keiri, ...
Chamæmeli Romani, . .
Croci, ...
} ana drachmas tres.

Baccarum Lauri, .
Juniperi,
Piperis longi, . .
rotundi, . .
} ana unciam unam & ſemis.

Cubebarum, ...
Macis, ...
Nucis Moſchatæ, ...
Caryophyllorum, ...
Cardamomi, ...
Corticum Citrei, ...
Arantiorum, ...
} ana uncias tres.

Lignorum Aloes, ...
Cedrini, ...
Saſſafras, ...
Santali citrini, . . .
Rhodii, ...
Viſci Querni, . . .
} ana uncias duas.

Caſcarillæ, ... uncias quatuor.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 365 sur 489

Gummi Carannæ, ...
Myrrhæ, ...
Tacamahacæ, . . .
Benzoini, ...
Styracis Calamitæ, . .
Aloes, ... } ana ſemi unciam.
Karabe, ...
Caſtorei, ... drachmas duas.
Opii Thebaïci, ... unciam unam.

Radices & Folia debito tempore lecta exſiccentur, exceptis foliis antiſcorbuticis, quæ recentia ſumenda ſunt; Flores verò recentes collecti in Spiritu vini ſerventur ad tempus diſtillationis. Tum inciſis incidendis, contuſiſque contundendis affunde, pro unâ quâque librâ,

Spiritûs vini rectificati, ... libras quatuor.

Fiat maceratio per vices, tum & diſtillatio ſecundùm artem, Balneo-maris.

AQUA ANTISCORBUTICA.

℞. Radicis Raphani ruſticani in taleolas ſectæ, ... libram unam.

Herbarum Cochleariæ, . .
Naſturtii hortenſis,
Aquatici,
Sii ſive Berulæ, .
Becabungæ, . .
Trifolii fibrini, . } ana uncias quatuor.

Seminum Erucæ, ...
Sinapeos, . . . } ana uncias tres.
Cochleariæ, . .

Mala Citrea numero . . . . . tria.

Contuſis ſeminibus, foliis & fructibus inciſis affunde

Vini albi, ... libras octo.

Macerentur per viginti-quatuor horas. Diſtilla ſecundùm artem Balneo-maris ad medias.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 366 sur 489

AQUA HYSTERICA.

℞. Radicum ſiccatarum Brioniæ, . . } ana unciam unam.
Fraxinellæ, . } ana unciam unam.
Leviſtici, . . } ana unciam unam.
Zedoariæ, . . ſemi unciam.
Caſſiæ ligneæ, ... } ana drachmas ſex.
Flavedinis ſiccæ Arantiorum amarorum, . . } ana drachmas ſex.
Citreorum, . . } ana drachmas ſex.
Foliorum Arthemiſiæ, . . . } ana uncias duas & ſemis.
Pulegii, ... } ana uncias duas & ſemis.
Nepetæ, ... } ana uncias duas & ſemis.
Foliorum Sabinæ, ... } ana unciam unam.
Rutæ, ... } ana unciam unam.
Ocymi, ... } ana unciam unam.
Florum Matricariæ, . . . } ana drachmas ſex.
Pulſatillæ, ... } ana drachmas ſex.
Baccarum Sambuci maturarum ſiccatarum, ... uncias tres.
Seminis Dauci Cretici, . . } ana drachmas duas.
Cumini, ... } ana drachmas duas.
Rutæ ſylveſtris, . . } ana drachmas duas.
Viticis, ... } ana drachmas duas.

Inciſis incidendis, contuſis contundendis affunde
Aquæ vitæ, ... libras quatuor.
Fiat maceratio & diſtillatio Balneo-maris ſecundùm artem, & elice Spiritum. Tum

℞. Caſtorei, ... ſemi unciam.
Cardamomi minoris, ... drachmas tres.
Caphuræ, ... drachmam unam.
Croci, ... ſemi drachmam.
Myrrhæ, ... ſemi unciam.
Opii Thebaici, ... drachmas duas.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 367 sur 489

Galbani, ... } ana drachmas tres.
Sagapeni, ... }
Aſſæ fœtidæ, ... drachmam unam & ſemis.

Infunde in Spiritu præcedenti, cui adde

Spiritûs Matricariæ, ... } ana uncias ſex.
Chamæmeli, ... }

Stent in digeſtione per aliquot dies, & diſtillentur Balneo-maris ad ſiccitatem.

AQUA EPILEPTICA.

℞. Radicum recentium Valerianæ ſylveſtris, . } ana uncias
Pœoniæ maris, } duas.
Caryophyllatæ, unciam unam.
Angelicæ, } ana ſemi unciam.
Fraxinellæ, }
Foliorum Dictamni Cretici, . unciam unam & ſemis.
Florum Liliorum convallium, . } ana uncias tres.
Tiliæ, ... }
Roriſmarini, . . } ana unciam unam.
Lavandulæ, . . . }
Stœchados Arabicæ, . . ſemi unciam.
Caryophyllorum, ... } ana drachmas duas.
Macis, ... }
Caſtorei, ... drachmam unam & ſemis.

Inciſis incidendis, contuſis contundendis, mitte omnia in vas idoneum. Affunde

Vini albi generoſi, ... libras octo.

Macerentur per ſex dies, identidem vas agitando; adde

Aquæ ſtillatitiæ Ceraſorum nigrorum, . libras duas.

Diſtilla Balneo-maris ex cucurbitis vitreis, & eliciantur libræ octo.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 368 sur 489

AQUA sive ACETUM PROPHYLACTICUM.

℞. Radicum Petaſitidis, ...
Carlinæ, ... } ana uncias duas.
Cyperi, ...
Zedoariæ, ... unciam unam.
Angelicæ, ... ſemi unciam.
Foliorum Meliſſæ, ...
Scordii, ...
Polii, ... } ana uncias tres.
Dictamni Cretici, . .
Rutæ, ... uncias duas.
Florum Geniſtæ, ...
Calendulæ, ...
Tunicæ, ... } ana unciam unam.
Stœchados, ...
Summitatum Roriſmarini, . . . ſemi unciam.
Croci, ... drachmam unam.
Cardamomi minoris, . .
Baccarum Juniperi, . . } ana drachmas duas.
Aniſi ſtellati, ...
Macis, ... }
Caryophyllorum, . . . } ana drachmam unam.
Caphuræ, ... ſemi drachmam.
Nucum Juglandium immaturarum, . libram unam.
Citreorum recentium, ... ſemi libram.

Contuſis contundendis, inciſis incidendis affunde

Acetorum Sambuci, ...
Dracunculi, . . . } ana libras ſex.

Macera per octo dies in loco calido, identidem vas agitando. Diſtilla, ut artis eſt, Balneo-maris ferè ad ſiccitatem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 369 sur 489

AQUA LACTIS ALEXITERIA.

℞. Foliorum recentium Cardui Benedicti, }
Scabiosæ, . . } ana uncias
Ulmariæ, . . . } duas.
Meliſſæ, . . . }
Menthæ, . . unciam unam.
Angelicæ, . semi unciam.

Diſcerptis affunde

Seri Lactis recentis, ... libras ſex.

Diſtilla ſecundùm artem ex veſicâ Balneo-maris. Elice libras quatuor.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 370 sur 489

APPENDIX AD AQUAS.

AQUA DIVINA,
SEU MIRABILIS.

℞. Spiritûs vini rectificati, . . libras duas & uncias . . . . . duodecim.
Sacchari albi, ... libras duas.
Aquæ communis, ... libras sex.
Aquæ Florum Arantiorum essentialis, uncias duas.
Spiritûs Corticum Citri, . . . unciam unam.
Oleo-Sacchari Citri, ... drachmas duas.
Olei essentialis Bergamii, guttam unam, pro quâlibet liquoris pintâ.

Misceantur omnia. Digerantur in loco frigido per octiduum. Dein trajiciantur per Manicam.

CLARETUM È SEX SEMINIBUS CARMINATIVIS,
vulgò ROSSOLIS DES SIX GRAINES.

℞. Seminum Anisi, . . .
Fœniculi, . .
Anethi, . . .
Coriandri, . .
Carvi, . . .
Dauci Cretici, . } ana unciam unam.

Contundantur & macerentur in vase vitreo ritè obturato, sub radiis solaribus per tres septimanas, cum Aquæ vitæ quantitate sufficienti, ad supereminentiam quatuor circiter digitorum. Fiat colatura per chartam bibulam. Colaturæ adde

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 371 sur 489

adde Syrupum paratum ex Sacchari albi librâ unâ, & Aquæ Chamæmeli aut Graminis quantitate ſufficiente.

Miſceantur & ſerventur ad uſum.

AQUA AD GINGIVAS,

PER INFUSIONEM.

℞. Cinnamomi contuſi, . . . drachmas duas.
Caryophyllorum, ... ſemi drachmam.
Aluminis Rupei pulverati, . . drachmas quatuor.
Aquæ bullientis, . . . libram unam & ſemis.

Digerantur in matratio, dum omninò frigidus ſit liquor. Tum adde

Aquæ Plantaginis, ... uncias ſex.
Florum Arantiorum, . drachmas quatuor.
Spiritûs Corticum Citrei, . . drachmas duas.
Vini rectificati, ... uncias ſex.

Iterùm digerantur per viginti-quatuor horas. Filtra & ſerva.

AQUA CALCIS.

℞. Calcis vivæ recentis, ... libram unam.
Senſim affunde
Aquæ communis, ... libras decem.

Poſt ebullitionem completam, & debitam reſidentiam, cola ad uſum.

Nota hanc Aquam, duobus aut tribus menſibus elapſis, eſſe renovandam.

AQUA PHAGEDÆNICA.

℞. Aquæ Calcis, recentis, . . . libram unam.
Mercurii ſublimati corroſivi, . . grana triginta.

Miſce, agita in mortario vitreo.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 372 sur 489

AQUA STYPTICA.

℞. Vitrioli albi, ... }
Viridis, ... }
Aluminis, ... } ana semi unciam.
Sacchari albi, ... }
Aquarum Plantaginis, . . . }
Centinodiæ, . . . } ana uncias sex.

Solve, digere. Cola ad usum.

AQUA ALUMINOSA.

℞. Aquarum stillatitiarum Rosarum, . . }
Plantaginis, . } ana libram
Centinodii, . } unam.
Aluminis depurati, ... drachmas tres.

Fiat dissolutio servanda ad usum.

SPIRITUS VOLATILES.

SPIRITUS VINI,
vulgò AQUA VITÆ.

℞. Vini generoſi, ... quantum volueris.
Mitte in cucurbitam ſatis amplam, cujus mediam partem Vinum occupet. Adapta capitellum, refrigeratorio ſuo inſtructum; obſeratis commiſſuris, igne mediocri diſtilla, donec prodiens liquor flammam non concipiat.

AQUA VITÆ CAMPHORATA.

℞. Aquæ vitæ, ... libras duas.
Diſſolve
Camphoræ, ... ſemi unciam.
In vaſe obturato ſerva.

SPIRITUS VINI RECTIFICATUS.

℞. Aquæ vitæ, ... quantum volueris.
Diſtilla Balneo-maris, igne leni, ad medias.

SPIRITUS VINI TARTARISATUS.

℞. Spiritûs vini rectificati, ... libras quatuor.
Salis Tartari, ... libram unam.
Digerantur ex arenâ per horas duodecim, in vaſe idoneo. Liquorem ſpirituoſum effunde per inclinationem. Diſtilla Balneo-maris, & ſerva.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 374 sur 489

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

℞. Spiritûs Vini rectificati, ... libras duas.
Dissolve
Camphoræ, ... unciam unam.
Vase ritè obturato, serva.

SPIRITUS ARDENS CERASORUM NIGRORUM.

℞. Cerasorum nigrorum maturorum, rejectis nucleis,
. . . . . libras viginti.
Contunde. Mitte in vas terreum. Affunde
Aquæ communis, ... libras decem.
Mellis optimi, ... libras duas.
Macerentur in hypocausto, vel in loco tepido, donec vinosum spirent odorem; tum ex arte distilla Balneo-maris. Spiritus indè prolicitus, distillatione ex Balneo maris, rectificetur.

Simili modo parantur

Spiritus ardentes Fragorum,
Framboesiorum,
Baccarum Sambuci, &c.

SPRITUS ARDENS ROSARUM.

℞. Rosarum pallidarum mundatarum, . libras viginti.
Succi Rosarum, ... libras quindecim.
Mellis optimi, ... libras duas.
Misce & repone, donec per fermentationem odorem vinosum spirent; tum distilla Balneo-maris. Spiritum indè prolicitum, rectifica.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 375 sur 489

Simili modo elici possunt

Spiritus ardentes Juniperi,
Absinthii,
Rorismarini,
Florum Arantiorum, &c.

Sufficiendo infusionem, in locum Succi.

SPIRITUS ARDENS COCHLEARIÆ.

℞. Foliorum Cochleariæ recentium, . libras quinque.
Radicis Raphani rusticani minutim concisæ, . .
. . . . . uncias decem.
Aquæ vitæ, ... libras sex.

Macerentur per biduum in vase idoneo, commissuris ritè obturatis, distilla Balneo-maris & elice
Liquoris Spirituosi, ... libras quinque.

Simili modo eliciuntur

Spiritus ardentes Plantarum omnium Antiscorbuticarum.

SPIRITUS VOLATILIS COCHLEARIÆ.

℞. Cochleariæ floridæ, ... quantum vis.
Incide & mitte in alembicum vitreum, commissuris accuratè obturatis, macera per plures dies, distilla Balneo-maris, & elice Liquorem volatiliorem.

SPIRITUS CARMINATIVUS SYLVII.

℞. Radicum Angelicæ, . . . drachmam unam.
Imperatoriæ, . . } ana drachmam unam
Galangæ, . . . } & semis.
Foliorum Rorismarini, . .
Majoranæ, . . } ana unciam unam &
Rutæ, ... } semis.
Ocimi, . . .

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 376 sur 489

Baccarum Lauri, ... drachmas tres.
Seminum Angelicæ, ...
Leviſtici, ... } ana ſemi unciam.
Aniſi, ...
Zingiberis, . . .
Nucis Moſchatæ, } ana drachmam unam & ſemis.
Macis, ...
Cinnamomi, ... drachmas tres.
Caryophyllorum, . . .
Corticum Arantiorum, . } ana drachmam unam.

Conciſis & craſsè contuſis affunde

Spiritûs Vini rectificati, ... libras tres.

Digerantur per biduum Balneo-maris, & diſtillentur ad ſiccitatem.

SPIRITUS, SEU OLEUM TEREBINTHINÆ.

℞. Terebinthinæ claræ, . . . quantum volueris.
Aquæ limpidæ, ... ſextuplum.

Inde cucurbitæ vitreæ capitello inſtructæ, adaptato receptaculo. Diſtilla ex arenâ. Oleum, in receptaculo aquæ ſupernatans, pellucidum, tenue, à nonnullis Spiritus Terebinthinæ, ob ejus tenuitatem & pelluciditatem, dicitur. Colligatur & ſervetur ad uſum, eſt Oleum tenuius.

Simili modo diſtillantur

Balſama omnia liquida.

OLEUM TEREBINTHINÆ CRASSIUS, ET COLOPHONIA.

℞. Terebinthinæ claræ, . . . quantum volueris.
Diſtilla per retortam ex arenâ igne blando, vel ex Balneo-maris. Prodibit 1° Oleum tenue pellucidum, priori ſimile; deindè Oleum flavum paulò ſpiſſius: ac tandem in fundo cucurbitæ remanet maſſa, quæ dum calens eſt lenteſcit,

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 377 sur 489

refrigerata indureſcit, ſemipellucida eſt & fragilis inſtar Reſinæ. Colophonia dicitur. Si de Colophoniâ nulla ſit cura, inſtitui poteſt diſtillatio Terebinthinæ, cum intermediâ arenâ lotâ permixtæ; & tunc ſub finem ignis urgetur ex arenâ. Major Olei copia ſic elicitur: & ſub finem obtinetur Oleum craſſum rufeſcens, vel ſubnigrum empyreumaticum.

Simili modo diſtillari poſſunt

Reſinæ omnes.

SPIRITUS, OLEUM, ET SAL VOLATILE CORNU CERVI.

℞. Cornu Cervi fruſtulatim ſecti, . quantum volueris. Imple retortam. Diſtilla igne reverberii leniſſimo. Primò prodibit phlegma rejiciendum. Gradatim aucto igne, Spiritum, Sal volatile, & Oleum obtinebis.

Vaſa refrigerata agitato, ut Oleum, Sal volatile & phlegma commiſceantur. Hæc inde retortæ, & Balneo-maris ſublime fiat Sal volatile, affuſo ſpiritu vini rectificandum. Superſtes liquor filtretur ut Oleum ſpiſſum ſeparetur à Spiritu.

Simili ratione diſtillantur

Oſſa Animalium,
Viperæ,
Sericum crudum, & alia ejuſdem naturæ, quæ Sal volatile alkalinum maximè ſuppeditant.

OLEUM ANIMALE DIPELLII.

℞. Olei fœtidi cornu Cervi, vel alteriûs Olei Animalis, ... quantum volueris: Cum oſſium calcinatorum pulvere fiat maſſa, in globulos dividenda. Mitte in retortam vitream. Diſtilla igne arenæ. Oleum elicitum & cum aquâ communi mixtum, pluries rectifica, donec limpidiſſimum prodierit.

GUTTÆ ANGLICÆ CEPHALICÆ.

℞. Spiritûs volatilis Serici crudi cum ſuo ſale, ... uncias quatuor.
Olei ſtillatitii Lavandulæ, . . drachmam unam.
Spiritûs Vini rectificati, ... ſemi unciam.

Digere per horas viginti-quatuor. Diſtilla ex arte Balneo-maris, donec Oleum prodeat.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM CALCE.

℞. Salis Ammoniaci, ... uncias octo.
Calcis vivæ, ... libram unam & ſemis.

Seorſim pulverata & mixta inde in retortam capacem, loricatam. Affunde

Aquæ, ... uncias ſex.

Ori retortæ manum admove, & agita; ſtatimque adapta receptaculum ampliſſimum, commiſſuris non obſeratis, ſed arctè conniventibus. Eductis per horæ quadrantem, & abſque igne primis ſpiritibus, commiſſuras obſera. Tum adhibeatur ignis arenæ leniſſimus, gradatìm augendus. Cùm nihil ampliùs prodibit, refrigeratis omnibus, exemptum illicò Spiritum ſerva in vaſe ritè obturato.

Maſſa ſuperſtes calcinata, eſt Sal Ammoniacum fixum, quod aeri humido expoſitum reſolvitur, & vocatur Oleum Calcis.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM SALE FIXO TARTARI.

Si loco Calcis vivæ ſufficiatur Sal Tartari, anaticâ quantitate cum Sale Ammoniaco, pariter elicitur Spiritus.

Maſſa reſidua, in aquâ ſoluta, deinde filtrata, & evaporata, dat Sal digeſtivum, ſeu febrifugum Silvii.

SPIRITUS

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 379 sur 489

SPIRITUS VOLATILIS AROMATICUS OLEOSUS.

℞. Corticum exteriorum recentium
Arantiorum, . . } ana drachmas ſex.
Citreorum, . . }
Vanillæ Mexicanæ, . . . } ana drachmas duas.
Macis, ... }
Caryophyllorum, ... ſemi drachmam.
Cinnamomi, ... drachmam unam.
Salis Ammoniaci, ... uncias quatuor.

Inciſis incidendis, contuſis contundendis, omnia mitte in retortam vitream. Affunde

Aquæ Cinnamomi ſimplicis, } ana uncias quatuor.
Spiritûs Vini rectificati, . . }

Digere per aliquot dies vaſe obturato, identidem agitando. Poſthac adde

Salis Tartari, ... uncias quatuor.

Admoto receptaculo, commiſſuras diligenter obſera. Diſtilla Balneo-maris. Prodiens liquor in vaſe idoneo ſervabitur.

ESSENTIA ANTIHYSTERICA.

℞. Caſtorei, ... ſemi unciam.
Aſſæ fœtidæ, ... drachmas duas.
Oleorum eſſentialium Sabinæ, } ana ſemi drachmam.
Rutæ, . }
Olei Succini, ... drachmam unam.
Spiritûs Vini rectificati, . . . uncias decem.

Digere Balneo-maris per tres quatuorve dies. Diſtilla eodem Balneo. Materiæ ſuperſtiti affunde Spiritum elicitum, addendo

Camphoræ, ... drachmam unam.
Spiritûs Cornu Cervi ſuo Sale volatili fœti, . .
. . . . . uncias duas.

Iterùm diſtilla ferè ad ſiccitatem. Liquorem diſtillatum ſerva ad uſum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 380 sur 489

SPIRITUS ACIDI.

SPIRITUS ACETI.

℞. Aceti acerrimi, ... libras octo. Mitte in cucurbitam vitream, capitello & receptaculo instructam. Distilla ex arenâ partem tertiam (quæ phlegma est) seorsim servandam. Ulteriùs distilla, & prodibit Spiritus. Ab operatione cessabis, ubi primùm stillans liquor empyreumaticum odorem spiraverit.

SPIRITUS MELLIS.

Vide *AQUA MELLIS.* pag. 192.

SPIRITUS ET OLEUM TARTARI.

℞. Tartari frustulatim effracti, . quantum volueris. Inde retortæ capaci, amplo instructæ receptaculo. Igne leni distilletur phlegma, donec nubeculæ albæ prodeant. Phlegmate abjecto, restituto receptaculo, commissuris luto obseratis, ita tamen ut aeri identidem pateat exitus, urgeatur ignis ad summum gradum, ut Oleum exeat. Cessante omni distillatione vasa refrigescant. Oleum à Spiritu, chartæ vel panni operâ sepone. Spiritum & Oleum seorsim igne arenæ distilla. Posteà Oleum cum aquâ rectifica.

Si Materia à distillatione superstes calcinetur igne aperto, Sal Alkali Tartari suppeditabit.

SPIRITUS ET OLEUM VITRIOLI.

℞. Vitrioli viridis ad albedinem calcinati, ... quantùm volueris.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 381 sur 489

Inde retortæ loricatæ capaci. Colloca in furno. Aptetur receptaculum ampliſſimum. Tum diſtilla igne primùm leni, & prodibit phlegma, ſive Ros Vitrioli, ſi lubuerit, ſervandus; quo elicito, commiſſuræ obſerentur. Dein continuetur diſtillari acriori igne, tandem acerrimo. Poſt tres aut quatuor dies finietur operatio. Liquor elicitus rectificetur igne arenæ. Qui prodibit liquor, Spiritus eſt; ſuperſtes in retortâ, Oleum.

Simili modo poteſt diſtillari SPIRITUS ALUMINIS.

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS HOFFMANNI.

℞. Olei vitrioli concentratiſſimi, . } ana libram unam
Spiritûs Vini rectificatiſſimi, . } & ſemis.

In retortam vitream amplam immitte Spiritum Vini. Huic affunde paulatim Oleum Vitrioli, & in gyrum retortam agitabis ut invicem miſceantur liquores, quod non fit ſine calore, qui ubi remiſerit, adapta receptaculum ritè obſeratum, diſtilla ex arenâ, igne ita adminiſtrato, ut Liquor ſemper leviter bulliat. Prodibit primò Spiritus Vini fragrans, quem exime & ſerva. Iterùm admoto ut ſuprà receptaculo, diſtilla eodem caloris gradu, donec ſulphureus odor prodire incipiat, obtinebis Spiritum volatilem fragrantiorem & ſuaviorem, quem excipe & ſerva. Deindè igni leniſſimo materiam ſuperſtitem expones (ne offa nigra, in fundo retortæ apparens, tranſeat in receptaculum) prodibit phlegma acidum, ſulphureum & volatile (quod ſi velis, illicò ſeparabis) tandem apparebit Oleum Vitrioli dulce, à phlegmate ſtatim & accuratè ſeparandum. Tum

℞. Liquoris primò & ſecundò diſtillati & ſimul mixti,
. . . . . uncias duas.
Olei Vitrioli dulcis, ... guttas duodecim.

Miſce, & erit Liquor Anodynus mineralis.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 382 sur 489

Nota 1°. Hunc Liquorem, cum ſalis Tartari tantillo, eſſe digeſtioni committendum, ſi ſulphurei odoris aliquid ſpiraverit.

Nota 2°. Si Liquorem, ÆTHER dictum, obtinere volueris, ſecundum Liquorem ſupradictâ operatione elicitum, igne lampadis eſſe diſtillandum; & ſtatim prodibit ÆTHER,

AQUA RABELLIANA,
vulgò, EAU DE RABEL.

℞. Olei Vitrioli, ... uncias quatuor.
Spiritûs Vini rectificati, . . uncias duodecim.

Oleum Vitrioli ſenſim inſtilla Spiritui Vini in matratio, & relinquie ad digeſtionem vaſe cooperto.

SPIRITUS ET OLEUM SULPHURIS.

Eſto vas fictile vitratum, amplum & capax, ex cujus medio aſſurgat fulcrum. Tum

℞. Sulphuris communis, . . . quantum volueris.

Divide in fruſta oblonga, & mitte in vas expanſum. Vas pone ſuper fulcrum. Deſuper ſuſpendatur campana vitrea, vel vitreum infundibulum inverſum, ita ut liber aëri pateat aditus. Accende Sulphur. Aſcendet Spiritus, & ſtillabit in vas ſubjectum. Abſumpto Sulphure, novum in fruſta diviſum ſufficiatur. Procede ut ſuprà, donec Spiritûs optatam quantitatem obtinueris.

Nota. Feliciùs udo cœlo opus ſuccedet. Hic Spiritus concentratus, vulgò dicitur Oleum Sulphuris.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 383 sur 489

AQUA FORTIS.

℞. Vitrioli viridis ad albedinem calcinati, } ana quantum volueris.
Nitri puriſſimi, . . . }

Seorſim trita & mixta ſimul, inde in retortam capacem loricatam, receptaculo ampliſſimo inſtructam, obſeratis commiſſuris diſtilla igne reverberii per gradus. Intra duodecim horas finietur operatio.

SPIRITUS NITRI.

℞. Nitri puriſſimi triti, ... libras duas.
Argillæ exſiccatæ pulveratæ, . . . libras ſex.

Mixta inde in retortam terream capacem, luto obductam. Igne leni primùm phlegma elice, quod abjicito. Receptaculum capacius adapta, & ritè obſera. Urgeatur ſenſim ignis ad ſummum uſque gradum. Elapſis horis quatuordecim, receptaculum tepeſcet, & nihil ampliùs prodibit.

SPIRITUS NITRI valentiſſimus alio modo obtineri poteſt.

℞. Nitri puriſſimi & exſiccati, . . . libras quatuor.
Pulveratis, & retortæ vitræ immiſſis ſuperfundatur
Olei vitrioli concentrati, ... libra una.

Excipulum amplum ſtatim adaptetur & obſeretur, relicto foraminulo, identidem aperiendo, ne vaſa fragantur. Deindè ex arenâ, igne paulatim aucto ad ultimum gradum diſtillatio inſtituatur, donec nullæ ampliùs guttæ ſtillent. Spiritus excipulo contentus, eſt Spiritus Nitri valentiſſimus, In vaſe benè clauſo aſſervandus.

Sal in retortâ reſiduum igne aperto calcinatum, aquâ ſolutum, ritè cryſtalliſatum, & ſic à Nitro reſiduo ſpoliatum, erit Nitrum vitriolatum, Tartaro vitriolato analogum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 384 sur 489

SPIRITUS NITRI DULCIS.

℞. Spiritûs vini rectificati, . . . uncias duodecim.
Mitte in vas circulatorium & capax; fensim & per vices ſuper affunde

Spiritûs Nitri ex primâ diſtillatione, . uncias ſex.

Digere per menſem, & habebis Spiritum Nitri dulcificatum.

AQUA REGIA.

℞. Salis Ammoniaci, ... uncias quatuor.
Spiritûs Nitri, ... libram unam.

Miſce in matratio capaci, digere igne arenæ ad integram Salis Ammoniaci diſſolutionem. Decanta.

MERCURIUS LIQUIDUS,
VEL AQUA MERCURIALIS.

℞. Mercurii crudi, ... unciam unam.
Diſſolve in matratio cum

Spiritûs Nitri, ... ſufficienti quantitate.

Affunde

Aquæ communis diſtillatæ, . . uncias triginta.

Poſt aliquot horas filtra ad uſum.

SPIRITUS SALIS COMMUNIS.

℞. Salis communis exſiccati & pulverati, libram unam.
Argillæ exſiccatæ & pulveratæ, . . libras octo.

Simul mixta inde retortæ capaci. Diſtilla, ut de Spiritu Nitri habetur.

Hâc ratione parva Spiritûs Salis quantitas obtinetur. At longè uberior & valentior Spiritûs Salis extrahitur ſequenti modo.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 385 sur 489

℞. Salis communis, ... uncias ſexdecim.
Mitte in retortam tubulatam pluribus receptaculis inter ſe communicantibus munitam. Tum paulatim & per vices affunde per tubulum

Olei vitrioli, ... uncias octo.

Tubulo ritè obturato, vapores ſpontè in receptacula tranſibunt. Poſt tres aut quatuor dies diſtilla, per gradus, ignem ad ſummum augendo; vaſis refrigeratis, Spiritum extrahe, in vaſe accuratè clauſo ſervandum.

Maſſa ſalina in retortâ reſidua igne aperto, ſi opus eſt in crucibulo calcinetur, donec nullos fumos edat, aquâ limpidâ diſſolvatur, & cryſtalliſetur, Salem exhibet mirabilem Glauberi.

SPIRITUS SALIS DULCIS.

℞. Spiritûs Salis, ... uncias quatuor.
Spiritûs vini rectificati, ... uncias octo.

Procede, ut de Spiritu Nitri dulci habetur, utendo vaſis capaciſſimis.

SPIRITUS, SAL VOLATILE ET OLEUM SUCCINI.

℞. Succini flavi contriti, . . quantum volueris.
Inde retortæ terreæ aut vitreæ loricatæ, capaci orificiique amplioris; adapta receptaculum ampliſſimum. Diſtilla igne primùm leni, & phlegma ſtillabit: auge ſenſim ignem; Spiritus, Sal volatile & Oleum prodibunt. Sal parietibus receptaculi concretum adhærens exime, ſi velis, vel receptaculum agita, ut concretum Sal, (additâ, ſi lubet, aquâ calidâ) colligatur & diſſolvatur. Oleum à ſpiritu per chartam bibulam priùs aquâ madefactam ſeparetur. Spiritum ſale imbutum in cellâ repone: concreſcent cryſtalli, à liquore, qui Spiritus nuncupatur, ſeparandæ. Oleum, quod rufeſcens eſt vel nigricans, rectificatur mixtum cum oſſibus ad albedinem calcinatis, & diſtillatum ſecundùm artem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 386 sur 489

Quod prodibit primum Oleum, erit album, dein flavum, poſtremò rubrum. Singula dum prodeunt excipe & ſerva.

Nota. Primum Oleum diu ſervabitur album, ſi cum aquâ iterùm Balneo-maris, ex retortâ vitreâ diſtilletur.

Simili modo diſtillari poteſt

Gagates.

SPIRITUS ET OLEUM GUAYACI.

℞. Ligni Guayaci fruſtulatim ſecti, quantùm volueris. Inde retortæ capaci, adapta receptaculum amplum, ſervato foraminulo, identidem aperiendo. Diſtilla in reverberio, primùm lento igne; phlegma prodibit, quod rejiciendum; poſteà obſeratis commiſſuris, ignem urge ad ultimum gradum, donec nihil ampliùs extillet, & pelluceat receptaculum. Vaſis refrigeratis, Oleum nigrum à Spiritu ſepara per chartam emporeticam, priùs aquâ madefactam. Utrumque ſeparatim rectificabis.

Simili modo diſtillantur

Buxus,
Juniperus,
Papyrus,
Tabacum,
Fuligo, &c.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 387 sur 489

SALIA VOLATILIA ALKALINA.

SAL VOLATILE CORNU CERVI.

VIPERARUM,
SERICI CRUDI,

Eodem modo extrahuntur.

Vide *SPIRITUS, OLEUM ET SAL VOLATILE CORNU CERVI*, pag. 215.

SAL VOLATILE AMMONIACUM.

℞. Salis Ammoniaci, ... libram unam.
Salis Alcali fixi puriſſimi cujuſlibet, . libras duas.
Siccata, pulverata ſeorſim & mixta, inde in retortam; affunde
Spiritûs vini rectificati, . . . uncias quatuor.
Coapta receptaculum. Commiſſuris veſicâ obſeratis; ſine per horas viginti-quatuor; dein ex arenâ, primùm leni igne, poſteà adaucto diſtilla ſecundùm artem. Abſolutâ diſtillatione & refrigeratis vaſis, Sal volatile à Spiritu ſeparatum ſervabis.

Nota Spiritum hunc ab aliis SPIRITUM SALIS AMMONIACI VINOSUM, ab aliis DULCIFICATUM nominari.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 388 sur 489

SAL VOLATILE AROMATICUM.

℞. Salis volatilis ammoniaci, . . . uncias duas.
Mitte in curcurbitam vitream. Affunde
Olei eſſentialis Lavandulæ, Succini, aut alterius cujuſlibet Aromatici, . . . drachmam unam.
Sublime fiat igne arenæ ſecundùm artem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 389 sur 489

OLEA DISTILLATA ESSENTIALIA, &c.

OLEUM CARYOPHYLLORUM.

℞. Caryophyllorum contuſorum, . . libram unam.
Aquæ ferventis, ... libras decem.

Mitte in vas idoneum coopertum. Digere in hypocauſto per aliquot dies. Diſtilla igne nudo ex veſicâ ſuo refrigeratorio & receptaculo inſtructâ. Refrigeratis vaſis, Oleum ab aquâ ſepara.

Simili modo elicies

Olea Cinnamomi,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Cubebarum,
Amomi,
Cardamomi,
Piperis,
Lignorum Rhodii,
Cedri,
Saſſafras & ſimilium.

Item Olea Abſinthii,
Majoranæ,
Menthæ,
Roriſmarini,
Rutæ,
Sabinæ,
Salviæ,

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 390 sur 489

Simili modo elicies

Olea Tanaceti,
Thymi,
Florum Lavandulæ,
Arantiorum,
Seminum Aniſi,
Anethi,
Carvi,
Cumini,
Fœniculi;
Baccarum Juniperi,
Lauri,
Corticum recentium Arantiorum,
Citreorum,
Arantiorum & Citreorum enaſcentium & immaturorum.

Obſervandum primò plùs minùs alia aliis eſſe digerenda, & majori vel minori aquæ copiâ his vel illis opus eſſe.

2°. Semina, Baccas & Ligna ante digeſtionem contundenda eſſe, vel ſcobinâ deradenda, longiorique tempore maceranda.

3°. Cortices Fructuum recentium, nullâ maceratione indigere.

4°. Plantas aromaticas ſiccas eſſe adhibendas.

OLEUM GUAYACI,

BUXI.

Vide *SPIRITUS ET OLEUM GUAYACI.* pag. 224.

OLEUM TEREBINTHINÆ,

MASTICHES,
OLIBANI,
TACAMAHACÆ,

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 391 sur 489

Oleum GUMMI ELEMI,
AMMONIACI,
LABDANI,
MYRRHÆ RECENTIS,
PICIS,
BENZOINI,
GALBANI.

Vide *SPIRITUS ET OLEUM TEREBINTHINÆ*, p. 214.

OLEUM SUCCINI,

GAGATIS.

Vide *SPIRITUS, SAL VOLATILE ET OLEUM SUCCINI*, pag. 223.

OLEUM CERÆ.

℞. Ceræ flavæ, ... uncias sex.
Arenæ siccæ cribratæ, . quantitatem sufficientem.

Liquefiat Cera in patellâ terreâ: fluenti adde arenam. Remove ab igne, & continuò agita, donec refrigescat; ex hâc materiâ nondùm induratâ formentur globuli, qui ex retortâ vitreâ loricatâ igne per gradus aucto distillentur. Prodibit primò phlegmatis & Spiritûs pauxillum. Deinde Oleum butyraceum, quod ut fluidum fiat, arenæ aut calci vivæ admixtum iterùm atque iterùm distillabis. Ac tandem ex aquâ si tenuius desideretur rectificabis.

OLEUM TARTARI.

Vide *SPIRITUS ET OLEUM TARTARI*, pag. 218.

OLEUM DE LATERIBUS, seu OLEUM PHILOSOPHORUM.

℞. Lateres confractos, quot volueris. Candefiant & illicò immergantur Oleo claro, ſtatim vas cooperiendo ne accendatur Oleum. Sinito donec refrixerint. Exemptos Lateres terito, indito Retortæ loricatæ. Addito receptaculum capax, commiſſuriſque obteratis, elicito Oleum igne reverberii, prolectum Oleum rectifica & ſerva.

OLEUM MYRRHÆ PER DELIQUIUM.

℞. Ova cocta ad duritiem & per medium ſecta. Vitellis exemptis cava impleto myrrhâ tenuiſſimè tritâ. Æmulas albuminum medietates coadunatas filo ligabis, & craticulæ ligneæ ſuper paropſidem impones. Stent in cellâ. Ex myrrhâ liqueſcente humor ſtillabit.

OLEUM CAMPHORÆ.

℞. Camphoræ tritæ, ... uncias tres.
Mitte in matratium. Affunde
Spiritûs Nitri, ... uncias ſex.

Vaſe ritè obturato digere ad integram diſſolutionem. Liquorem oleoſum ſupernatantem ſepara, & habebis Oleum Camphoræ vulgò dictum.

BALSAMA.

BALSAMUM FIORAVANTI.

℞. Terebinthinæ Venetæ, ... libram unam.
Baccarum recentium Lauri, . . uncias quatuor.
Gummi Elemi, ... } ana unciam unam.
Tacamahacæ, . . }
Styracis liquidæ, ... uncias duas.
Galbani, ... }
Thuris, ... }
Myrrhæ, ... } ana uncias tres.
Gummi Hederæ, ... }
Ligni Aloes, ... }
Galangæ minoris, ... }
Caryophyllorum, ... }
Cinnamomi, ... }
Nucis Moschatæ, ... }
Zedoariæ, ... } ana unciam unam.
Zingiberis, ... }
Foliorum Dictamni Cretici, . }
Aloes soccotorinæ, ... }
Succini præparati, ... }
Spiritûs vini rectificati, ... libras sex.

Digerantur omnia simul per novem dies. Tum additâ Terebinthinâ distillentur Balneo cinerum. Prodibunt primò liquor limpidus spirituosus, & erit *Balsamum Spirituosum*; secundò Oleum flavum, & erit *Balsamum Oleosum*; tandem Oleum rufum aut nigrum, & erit *Balsamum nigrum*.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 394 sur 489

BALSAMUM SULPHURIS.

℞. Florum Sulphuris, ... uncias duas.
Inde matratio. Affunde
Olei eſſentialis Terebinthinæ, . . . uncias octo.

Digere igne arenæ ad ſulphuris diſſolutionem. Oleum rubeſcet, quod vaſis refrigeratis decanta & ſerva.

Loco Olei Terebinthinæ uſurpari poteſt Oleum Aniſi, Succini, Nucum, & erit *BALSAMUM SULPHURIS ANISATUM*, aut *SUCCINATUM*, aut cum Oleo Nucum paratum.

BALSAMUM SATURNI.

℞. Salis Saturni, ... uncias octo.
Mitte in matratium, affunde ſpiritum Terebinthinæ ad eminentiam quatuor digitorum. Digere igne arenæ leni per viginti-quatuor horas, donec colorem exquiſitè rubrum acquiſierit; liquorem decanta. Superſtiti materiæ affunde alterum ſpiritum Terebinthinæ, digere ut ſuprà, decanta. Liquores miſce in cucurbitâ vitreâ; vaporent ad medias. Superſtes liquor Balſamum erit Saturni.

BALSAMUM LECTORENSE,
vulgò, DE LEITOUR.

℞. Oleorum eſſentialium rectificatorum
Lavandulæ, . .
Terebinthinæ, .
Petrolei, . . . } ana unciam unam.
Juniperi, . . .
Caryophyllorum, }
Olei eſſentialis Benzoini per retortam eliciti, & Balneo-maris rectificati, . . . ſemi unciam.

Oleorum

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 395 sur 489

Oleorum Macis, . . . }
Nucis Moſchatæ, } ana drachmas duas.

Camphoræ, ... }
Croci pulveratorum, . . } ana drachmam unam.

Moſchi, ... }
Ambari Cineritii pulverato-
rum, . } ana ſemi drachmam.

Capitum Bufonum præparatorum, drachmas duas.

Mitte in matratium capaciſſimum ritè obturatum. Digere per quatuor dies calore ſolis vel fimi equini, ſingulis diebus pluries movendo, & factum erit Balſamum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 396 sur 489

BUTYRA.

BUTYRUM ANTIMONII.

℞. Reguli Antimonii, ... uncias ſex.
Mercurii ſublimati corroſivi, . uncias ſexdecim.
Tere in mortario marmoreo. Diſtilla per retortam vitream brevioris & latioris colli igne arenæ, per gradus augendo. Butyrum Antimonii inſtar glaciei egredietur, liquandum admoto carbone candente, ſi fortè concreſcat in collo. Butyrum exceptum rectificabis, & in vaſe ritè obturato ſervabis.

Nota, quòd ſi volueris cum Butyro Antimonii Cinnabarim elicere, Butyrum conficies ex unâ parte Antimonii crudi & duabus Sublimati corroſivi, procedendo ut ſuprà.

BUTYRUM SATURNI.

℞. Aceti Saturni, ... quantum volueris.
Miſce ſenſim & agita in mortario marmoreo cum Olei Roſacei aut alterius Olei quantitate ſufficienti, ad debitam Butyri conſiſtentiam.

FLORES.

FLORES BENZOINI.

℞. Benzoini electi craſſiuſculè contriti, ... quantum volueris.

Mitte in ollam fictilem, deſuper ritè adaptato corniculo papyraceo in modum capitelli; igne leni fiat ſublimatio. Refrigerato vaſe & corniculo, flores albos obtinebis, ſingulis horis colligendos, donec flavi ſuccedant.

FLORES SULPHURIS.

℞. Sulphuris communis contriti, . quantum volueris. Inde cucurbitæ ſuo capitello vitreo inſtructæ (vel idoneis vaſculis ſibi invicem ſuperpoſitis, vulgò *Aludels*) igne arenæ ſublima; identidem capitellum renova & Flores collige, donec totum Sulphur, relictis in fundo fæcibus, aſcenderit.

FLORES SALIS AMMONIACI.

℞. Salis Ammoniaci, ... } ana quantum
Communis decrepitati, . . . } volueris.

Simul pulverata inde cucurbitæ capitello ſuo inſtructæ, ſubjiciatur ignis primùm lenis, dein augeatur, & obtinebis Flores albos.

Nota, Hos Flores obtineri poſſe abſque additione Salis marini, uſurpando Salem Ammoniacum depuratum & exſiccatum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 398 sur 489

FLORES SALIS AMMONIACI MARTIALES, SIVE ENS MARTIS.

℞. Salis Ammoniaci pulverati, . . . semi libram.
Limaturæ Martis, ... uncias quatuor.
Miſce & expone per viginti-quatuor horas aëri humido. Sublima in vaſe idoneo. Flores elicitos ex reſiduo pulverato bis terve cohoba.

Nota. Si loco Limaturæ ferri, Lapidem Hæmatitem adhibeas ad pondus æquale Salis Ammoniaci, emergent tunc Flores Hæmatiteos.

ENS VENERIS.

℞. Vitrioli Veneris optimè reverberati & loti, ... semi libram.
Salis Ammoniaci, ... libram unam.
Digere. Sublima ſecundùm artem, bis vel ter cohobando. Flores exceptos flaveſcentes ſerva in vaſe idoneo.

FLORES ANTIMONII RUBRI.

℞. Antimonii crudi, ...
Salis Ammoniaci, ... } ana uncias quatuor.
Tere ſeorſim. Tum ſimul mixta inde cucurbitæ terreæ. Appoſito capitello vitreo, receptaculo inſtructo, poſt digeſtionem, igne moderato ſublima per duas treſ-ve horas, dum tota ferè maſſa aſcenderit. Exemptos Flores edulca ex aquâ tepidâ aliquoties renovandâ. Lotiones Floribus admixtis trajice per chartam, & pulverem chartæ inſidentem exſicca.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 399 sur 489

FLORES ANTIMONII NIVEI ET SPLENDENTES.

℞. Reguli Antimonii craſſiuſculè pulverati, ... quantum volueris.

Mitte in ollam fictilem non vitratam. Intra vas admove operculum exiguo foramine pervium in centro, & duobus circiter digitis à materiâ ſubjectâ diſtans. Tum altero operculo vas obtege. Vas colloca ſuper fornacè, tali igne ſubjecto ut liqueſiat Regulus, & incandeſcat vaſis fundus. Horâ tranſactâ ceſſet ignis. Refrigerato vaſe, utrumque remove operculum, & invenies Reguli ſuperficiem, Floribus nivis inſtar reſperſam. His collectis proceſſum ſuprà dictum toties repete, donec totus ferè Regulus in Flores abierit.

FLORES ZINCI.

℞. Zinci, in fruſtula tenuia comminuti, ... quantùm volueris.

Committe in crucibulum amplum & altum, medios inter carbones reponendum. Ignem urge donec fluat Semi-metallum, ac tandem erumpat in flammam ex cæruleo-viridem. Tum crucibulum contege, vel cochleari ferreo, vel alio crucibulo inverſo, ut colligantur Flores albi & leviſſimi, floccorum nivis ad inſtar. Niſi enim retineantur, totum diſſipabitur & avolabit Zincum, & totius laboratorii ſpatium lanugine quâdam, per aëra volitante, obnubilabit; unde Flores illi non inepto nomine vocantur à Chymicis NIHIL ALBUM, ab aliis LANA PHILOSOPHICA.

SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. Mercurii è Cinnabari redivivi, . uncias duodecim.
Mitte in matratium. Affunde
Spiritûs Nitri optimi, . . uncias quatuordecim.
Impone arenæ tepenti ad abſolutam diſſolutionem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 400 sur 489

Hanc decapula in cucurbitam vitream. Igne arenæ leni vaporet ad ſiccitatem. Maſſam ſuperſtitem in mortario marmoreo pulvera. Miſce.

Vitrioli ad albedinem calcinati, . . } ana uncias
Salis marini decrepitati, ... } duodecim.

Mixturam inde in matratium triplo capacius, quod mediâ ſui parte demergatur in arenam. Suppone ignem per gradus ad ſummum urgendum. Duodecim circiter horarum ſpatio, Mercurius vaſis lateribus adhærens ſublimabitur.

MERCURIUS SUBLIMATUS DULCIS.

℞. Mercurii ſublimati corroſivi, . . uncias octo.
Mercurii crudi è Cinnabari redivivi, . uncias ſex.

Sublimatum tere in mortario marmoreo admiſcendo identidem Mercurium crudum, donec Mercurius penitùs fiat inconſpicuus. Divide in ampullas igni arenæ ſuperpoſitas, ignem per gradus augendo ſublimationem aggredere. Mercurium poſt aliquot horas vaſorum lateribus hærentem exime. Eundem à ſordibus ſeparatum tere. Sublima iterùm ex aliis ampullis. Sublimationes ſexiès ſaltem repete, aut uſquedum ſub linguâ nullum corroſionis indicium deprehendatur.

PANACEA MERCURIALIS.

℞. Mercurii dulcis, ... uncias ſex.
Lævigatum in mortario vitreo mitte in ampullam vitream capacem, arenæ impoſitam, igne leni primùm, poſthac per gradus augendo ſublima. Sublimatione peractâ ampullam refrigeratam frange. Sublimatum facilè exemptum iterùm læviga. Sublima ex aliâ ampullâ, idque ſeptiès, fæcibus ſemper abjectis. Sublimato, lævigato, & cucurbitæ vitreæ indito, affunde Spiritum vini rectificatum, & aliquot reſinoſis aromatum partibus imprægnatum, ad quatuor digitorum eminentiam. Digerantur per quindecim dies, maſſam ſæpiùs in die agitando. Tum vaſis refrigeratis, Spiritum vini per inclinationem effunde. Panaceam exime & exſicca.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 401 sur 489

MERCURIUS VIOLACEUS.

℞. Florum Sulphuris, ... uncias quatuor. Mitte in vas terreum. Liquefiant. Remoto ab igne vaſe ſenſim adde

Mercurii ex Cinnabari redivivi, . . . uncias ſex.
Salis Ammoniaci pulverati, . . uncias quatuor.

Spathâ ferreâ omnia move & miſce. Fluentem adhuc materiam in aliud vas injice. Ubi refrixerit, pulvera, & matratio capaci indito. Sublima, igne ſenſim aucto.

Diſruptis vaſis Flores albos exime & rejice. Subſtratam materiam omnem pulvera, & in matratio iterùm ſublima. Idem adhuc bis repete, & habebis maſſam ſupernè luteam & levem, infernè verò ponderoſam, nigricantem, quandoque violaceam. Hanc portionem ſuper porphyritem lævi-ga, & erit Mercurius violaceus, quem Spiritu vini ſuperac-cenſo edulcorabis.

TINCTURÆ.

TINCTURA MYRRHÆ.

℞. Myrrhæ electæ contritæ, . . quantum volueris.
Mitte in vas vitreum. Affunde
Spiritûs vini rectificati, ...
. . . . . ad eminentiam quatuor digitorum.

Obturato vaſe digere igne arenæ per aliquot dies, identidem agitando, donec Spiritus vini ritè ſaturatus fuerit.

Tincturam, per aliquod tempus, ſuo cum magmate ſerva.

Eodem modo parabuntur

Tincturæ Aloes,
Croci,
Succini in alkool redacti,
Caſtorei,
Benzoini,
Storacis,
Balſami Tolutani,
Cinnamomi,
Caryophyllorum Indicorum,
Kinækinæ,
Contrayervæ,
Caſcarillæ,
Aſari, & ſimilium.

TINCTURA

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 403 sur 489

TINCTURA, vulgò dicta BALSAMUM COMMENDATORIS.

℞. Radicis ſiccæ Angelicæ Bohemicæ minutìm conciſæ, ... ſemi unciam.
Florum Hyperici ſiccorum, . . . unciam unam.
Spiritûs Vini rectificati, libras duas & uncias quatuor.

Digerantur ſimul. Sub Sole, vel Balneo-maris, in vaſe clauſo, identidem agitando, ad perfectam Tincturam. In colaturâ expreſſâ adde

Myrrhæ, ... } ana ſemi unciam.
Olibani, ... }

Digere ut ſuprà. Tum

℞. Styracis calamitæ, ... uncias duas.
Benzoini amygdaloides, ... uncias tres.
Balſami Tolutani, ... unciam unam.
Aloës ſoccotorinæ, ... ſemi unciam.

Adde, ſi lubet,

Ambari cineritii, ... grana ſex.

Contrita conjiciantur in Tincturam ſuprà dictam. Inſolentur adhuc per quadraginta dies. Fiat colatura. Servetur ad uſum.

TINCTURA LACCÆ.

℞. Gummi Laccæ recèns ſuis è baccillis exemptæ, ... unciam unam.
Aluminis uſti, ... drachmam unam.
Spiritûs ardentis Cochleariæ, . . . uncias octo.

Digere in arenâ donec Tinctura rubedine ſaturata appareat, quam decanta & ſerva.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 404 sur 489

TINCTURA SALIS TARTARI.

℞. Salis Tartari, ... quantum volueris. Liquefiat in crucibulo igne acerrimo. Tum in mortarium calens effusum illicò contundatur. Pulveratum mitte in matratium. Affunde Spiritum vini rectificatum ad eminentiam duorum digitorum. Digere igne arenæ per viginti quatuor horas, vase ritè obturato. Tincturam rubicundam decanta.

TINCTURA CORALLIORUM.

℞. Fragmentorum Corallii rubri, . libras quatuor.
Superaffunde in vas vitreum,
Succi Berberis, ... libras quatuor.

Digere ex arenâ per sex dies. Dein liquorem cola, & evapora ad extracti consistentiam.

Extractum in matratium infunde, cum
Spiritûs Vini rectificati, . libram unam & semis.

Digere ex balneo arenæ per sex dies. Liquorem filtra, & erit Tinctura coloris rubicundissimi.

TINCTURA, SEU ESSENTIA AMBRÆ.

℞. Ambræ griseæ, ... drachmam unam.
Spiritûs Rosarum ardentis rectificatissimi, . . } ana unciam unam
Vini Tartarisati, . . } & semis.

Misce. Digere Balneo maris. Fiat Tinctura.

TINCTURA, SEU ESSENTIA REGIA.

℞. Ambræ griseæ, ... scrupulos duos.
Moschi, ... scrupulum unum.
Zibethi, ... grana decem.
Olei Cinnamomi, ... guttas sex.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 405 sur 489

Olei Ligni Rhodii, ... guttas quatuor.
Excipiantur omnia
Salis Tartari, ſemi drachmâ.
Miſce optimè donec omnia unita ſint. Dein adde
Spiritûs ardentis rectificati, . }
Roſarum, ... } ana unciam unam
Florum Arantiorum, } & ſemis.

Digere in loco calido per aliquot dies, identidem agitando. Deinde liquorem à fæcibus ſubſidentibus per inclinationem ſepara.

TINCTURA STOMACHICA AMARA.

℞. Radicis Gentianæ, ... unciam unam.
Croci, ... ſemi unciam.
Corticem exteriorem Arantiorum amarorum numero, ... ſex.
Coccinellæ, ... drachmam unam.
Aquæ vitæ, ... libras duas.

Macerentur per triduum, identidem agitando ad extrahendam Tincturam uſui ſervandam.

TINCTURA ABSINTHII.

℞. Summitatum floridarum Abſinthii majoris, ſiccatarum à ſtipitibus mundatarum, . uncias quatuor.
Spiritûs vini rectificati, . libram unam & ſemis.

Digere igne leni per dies aliquot. Cola cum expreſſione & ſerva.

Simili modo parantur

Tincturæ Scordii,
Rutæ,
Florum Hyperici,
Chamæmeli, &c.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 406 sur 489

TINCTURA ABSINTHII COMPOSITA, vulgò, QUINTA ESSENTIA.

℞. Foliorum ſiccatorum Abſinthii majoris, ... drachmam unam.
minoris, ... drachmas tres.
Caryophyllorum, ... drachmas duas.
Sacchari Candi, ... drachmam unam.
Spiritûs vini rectificati, . . . uncias quatuor.

Digere per quindecim dies calore Balnei-maris. Cola & ſerva.

TINCTURA LAVANDULÆ, vulgò, AQUA VITÆ LAVANDULÆ.

℞. Summitatum floridarum Lavandulæ, ... quantum volueris.

Mitte in matratium. Superaffunde Aquam vitæ ad eminentiam quatuor digitorum. Vas obtura, digere ad ſolem, & ſerva.

Simili modo parantur

Tincturæ Roriſmarini,
Salviæ,
Florum integrorum Coronæ ſolis,
Arantiorum,
Baccarum Juniperi.

ESSENTIA CARMINATIVA WEDELII.

℞. Radicum Zedoariæ, ... uncias quatuor.
Carlinæ, ...
Acori veri, ... } ana uncias duas.
Galangæ, ...

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 407 sur 489

Florum Chamæmeli Romani,
Seminum Aniſi, ...
Carvi, ...
Corticum Arantiorum, . . } ana unciam unam.
Caryophyllorum Aromaticorum,
Baccarum Lauri, ... } ana drachmas ſex.
Macis, ... unciam ſemis.

Omnia conciſa, aut craſſiuſculè contuſa macerentur in vaſe vitreo clauſo per ſex dies, cum

Spiritûs Corticum Citrei, . libris quatuor & ſemis.
Spiritûs Nitri dulcis, . . unciis duabus & ſemis.

Exprimatur liquor & filtretur.

ELIXIRIUM VITRIOLI.

℞. Radicum Galangæ, ...
Acori veri, . . . } ana ſemi unciam.
Florum Chamæmeli Romani,
Foliorum Salviæ, ...
Abſinthii minoris, .
Menthæ criſpæ, . . } ana drachmas duas.
Caryophyllorum, ...
Cinnamomi, ... } ana drachmam
Cubebarum, ... } unam & ſemis.
Nucis Moſchatæ, ...
Zinziberis, ... }
Ligni Aloes, ...
Corticum Citri, . . . } ana drachmam ſemis.

Omnium fiat pulvis, cui adde

Sacchari albi pulverati, . unciam unam & ſemis.

Poſtea humectetur Spiritûs Vini rectificati ſufficienti quantitate, ut fiat mixtura mellis conſiſtentiæ. Hanc mitte in matratium & ſuper affunde Oleum vitrioli ad quatuor digitorum eminentiam. Digere per duos tres ve dies, & denuò adde

Spiritûs Vini rectificati, . . . uncias duodecim.

Digere iterùm per aliquot dies & cola.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 408 sur 489

ELIXIRIUM PROPRIETATIS.

℞. Tincturæ Myrrhæ, ... uncias quatuor.
Croci, ... } ana uncias tres.
Aloes, ... }

Miſce. Digere; ſerva ad uſum.

Si hæc Tinctura diſtillatur, exurgit Elixirium Proprietatis album.

ELIXIRIUM PROPRIETATIS CUM ACIDO.

℞. Elixirii Proprietatis, ... unciam unam.
Spiritûs Sulphuris, ... guttas duodecim.

Miſce; ſerva ad uſum.

ELIXIRIUM STOMACHICUM.

℞. Spiritûs carminativi Sylvii, . . . uncias tres.
Menthæ, ... uncias quinque.
Aquæ Cinnamomi ſimplicis, } ana unciam unam.
Florum Arantiorum, }
Tincturæ Abſinthii, ... uncias quatuor.

Miſce, fiat Elixirium.

ELIXIRIUM CORDIALE ET STOMACHICUM, vulgò, DE GARUS.

℞. Aloes, ... uncias duas & ſemis.
Myrrhæ, ... ſemi'unciam.
Croci Orientalis, ... drachmas duas.
Cinnamomi acuti, . . } ana ſcrupulum unum.
Caryophyllorum, . . . }
Nucis Moſchatæ, . . . }

Mitte in matratium. Affunde
Spiritûs vini *Aquæ vitæ* dicti, . . libras duas.
Aquæ communis, ... uncias duas.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 409 sur 489

Digere, ut artis eſt, per duodecim horas. Diſtilla Balneo-maris ad ſiccitatem. Tum

℞. Spiritûs diſtillati, . . . } ana partem æqualem.
Syrupi capillorum Veneris, }
Aquæ eſſentialis Florum Arantiorum, quantùm ſatis.
Miſce, & poſt aliquot dies decanta. Fiat Elixirium.

LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMII.

℞. Opii ſelecti in taleolas ſecti, . . . uncias duas.
Croci, ... unciam unam.
Cinnamomi, ... } ana drachmam
Caryophyllorum pulveratorum, } unam.
Mitte in vas idoneum. Affunde
Vini Hiſpanici, ... libram unam.
Digere per aliquot dies, Balneo-maris, vas identidem agitando. Cola & ſerva.

GUTTÆ ANGLICÆ ANODYNÆ.

℞. Corticis Saſſafras, ... } ana unciam unam.
Radicis Aſari, ... }
Ligni Aloes, ... ſemi unciam.
Opii ſelecti, ... drachmas tres.
Salis volatilis Cornu Cervi rectificati, . . } drachmam unam.
Spiritûs vini rectificati, ... libram unam.
Digere Balneo-maris per viginti dies. Decanta & ſerva.

LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

℞. Spiritûs volatilis Cornu Cervi rectificati, . . .
. . . . . quantum volueris.
Adde per vices
Salis volatilis Succini, . quantitatem ſufficientem ad punctum ſaturationis.

Digerantur per biduum in vaſe clauſo, Balneo-maris, & ſerva.

TINCTURA METALLORUM, SIVE LILIUM PARACELSI.

℞. Reguli Antimonii Martialis, Venerei, Jovialis, ana uncias quatuor.

Pulverati & mixti ſimul liquefiant ſecundùm artem, in Regulum, Metallorum dictum. Huic pulverato admiſce

Nitri puriſſimi, ... ana libram unam &
Tartari pulveratorum, . . uncias duas.

Projice per vices in crucibulum, & detonent. Tum igne vehementiſſimo liquentur. Materiam, ex crucibulo extractam, craſſiuſculè tritam, adhuc calentem mitte in matratium, & illicò ſuperaffunde

Spiritûs Vini rectificati, . ſufficientem quantitatem.

Digere per aliquot dies igne arenæ, identidem agitando, & ſaturata Tinctura eliciatur.

TINCTURA ANTIMONII.

℞. Antimonii crudi pulverati, . . . uncias tres.
Salis Tartari, ... uncias ſex.

Seorſim pulverata & mixta liquentur, in crucibulo cooperto per horam, igne forti. Materiam effunde in mortarium ferreum calefactum, & in pulverem redige, quem adhuc calentem mitte in matratium, & illicò ſuperaffunde

Spiritûs vini rectificati, . ſufficientem quantitatem.

Digere igne arenæ, per aliquot dies, identidem agitando. Liquor intensè coloratus decantetur ad uſum.

TINCTURA MARTIS TARTARISATA.

℞. Limaturæ Ferri nitidæ, ... uncias ſex.
Tartari albi pulverati, ... libram unam.

Mitte

Mitte in ollam ferream capaciſſimam ſuperaffunde
Aquæ pluvialis, . . quantitatem ſufficientem.
Fiat maſſa, per viginti-quatuor horas reponenda. Tum adde
Aquæ pluvialis, ... libras duodecim.
Bulliant omnia ſaltem per duas horas; identidem agita, addendo aquam ferventem.

Ebullitione factâ, quieſcant. Supernatans liquor decantetur, filtretur, vaporet ad conſiſtentiam Syrupi liquidioris. Tum adde

Spiritûs vini rectificati, ... unciam unam ad mucorem & ſitum, quem illa Tinctura citò contrahit arcendum, & Martis præcipitationem præcavendam. Serva ad uſum.

TINCTURA MARTIS LUDOVICI.

℞. Vitrioli Martis ad albedinem calcinati, } ana uncias
Cremoris Tartari pulveratorum, . . } quatuor.
Aquæ pluvialis, ... libram unam & ſemis.

Bulliant in vaſe idoneo identitem agitando ſpathâ ligneâ, donec mellis conſiſtentiam acquiſierint. Maſſam hanc mitte in matratium, & ſuperaffunde Spiritum vini rectificatum ad eminentiam quatuor digitorum.

Digere igne arenæ, & Tinctura ſupernatans percoletur. Reſiduum cum novo Spiritu vini tractatur ut priùs. Idque protrahitur quamdiu tingitur rubedine Spiritus. Tincturas omnes ſimul miſce, & ſerva ad uſum.

TINCTURA MARTIS MYNSICHTI.

℞. Florum Salis Ammoniaci chalybeatorum, . . .
. . . . . quantum volueris.
Spiritûs vini rectificati, . quantitatem ſufficientem.

Tincturam extrahe ſecundùm artem.

Simili modo paratur

Tinctura Hæmatitæ.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 412 sur 489

TINCTURA AURI, SEU AURUM POTABILE.

℞. Auri puriſſimi, ... ſemi drachmam.
Aquæ Regiæ, ... uncias duas.
Fiat diſſolutio. Solutioni affundatur
Olei eſſentialis Roriſmarini, . . . uncia una.
Liquores confuſi agitentur, poſteà reponantur. Subſidebit aqua Regia auro ſpoliata : Oleum verò Roriſmarini flavo colore tinctum, & auro imprægnatum ſupernatabit. Oleum ab aquâ Regiâ ritè ſeparetur, miſceatur cum
Spiritûs Vini rectificati, . . . unciis quinque.
Digerantur ſimul in loco tepido per menſem.

ACETUM SATURNI ET SAL.

℞. Plumbi albi pulverati, . . quantum volueris.
Inde in vas vitreum, affunde
Acetum diſtillatum ad eminentiam quatuor digitorum.
Efferveſcentiâ peractâ, digere igne arenæ per tres dies identidem agitando, liquorem decanta. Superſtiti materiæ affunde acetum, digere, decanta ut ſuprà ; Liquor primò decantatus eſt ACETUM SATURNI.

SAL ut obtineas, liquores omnes decantati vaporent lento igne ad pelliculam, & in loco frigido repoſiti in cryſtallos concreſcant ; evaporationem & cryſtalliſationem repete. Cryſtallos omnes ſicca & ſerva.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 413 sur 489

SALIA ESSENTIALIA.

SAL ESSENTIALE PLANTARUM.

℞. Herbæ cujuſvis virentis, . . quantum volueris. Conciſam & contuſam ſubjice torculari; exprime ſuccum, trajice per manicam; vaporet ad quartam circiter portionem liquoris ſuperſtitem. Quieſcat in cellâ, donec concreſcant cryſtalli. Collige. Evaporationem & cryſtalliſationem repete, donec omnes cryſtallos exhauſeris.

Nota, Herbas viſcoſas igne leni emolliendas eſſe, antequam prælo committantur; atque etiam ſicciores ex aquæ ſufficienti quantitate elixandas.

Non abſimili modo Salia Eſſentialia præparantur ex ſuccis Fructuum.

SAL, SIVE SACCHARUM LACTIS.

℞. Seri Lactis clarificatiſſimi, . . quantum volueris. Vaporet ad pelliculam in vaſe vitreo, Balneo-maris. Repone in cellâ ut concreſcant cryſtalli, aquâ frigidâ abluendæ.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 414 sur 489

SALIA FIXA ACIDA.

GILLA VITRIOLI.

℞. Vitrioli albi, ... uncias quatuor.
Diſſolutum in aquâ filtra. Vaporet igne arenæ in vaſe vitreo ad pelliculam. Tum repone ad cryſtalliſationem.

VITRIOLUM CALCINATUM ET COLCOTHAR.

℞. Vitrioli viridis, ... quantum volueris.
Calcinetur in vaſe ferreo; evadet maſſa ex albo cineritia, & erit VITRIOLUM AD ALBEDINEM CALCINATUM.

Si intentiori igne urgeatur, colorem induet rubrum, & erit COLCOTHAR.

Nota, quod æſtivo tempore, ſub æſtuantis ſolis ardore, Vitriolum calcinari poteſt, tumque ſumitur Vitriolum Romanum, & ſic præparatum, dicitur vulgò PULVIS SYMPATHICUS.

SAL VITRIOLI.

℞. Colcotharis, ... libras ſex.
Affunde
Aquæ ferventis, ... quantùm ſatis.
Stent per diem ſæpiùs agitando. Bulliant parùm. Quietè ſubſideant. Decanta. Alteram aquam affunde. Digere, decanta ut ſuprà, idque pluries.
Solutiones omnes miſce, cola per chartam bibulam. Vaporent ad ſiccitatem. Sal reſiduum ſerva.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 415 sur 489

SAL MARTIS RIVERII.

℞. Spiritûs vini rectificati, ... semi libram.
Olei Vitrioli, ... uncias quatuor.

Commixta, in sartagine novâ ferreâ repone per dies aliquot, ad concretionem & siccitatem Salis emersuri, quod abrasum serva.

SAL, VEL VITRIOLUM MARTIS.

℞. Limaturæ ferri, ... libram unam.
Aquæ communis, ... libras quatuor.
Spiritûs Vitrioli, . . . libram unam & semis.

Mitte in matratium amplum. Stent ad ignem arenæ per viginti-quatuor horas, sæpiùs agitando. Decanta. Filtra. Vaporet liquor in balneo sicco ad pelliculam, tandem in loco frigido concrescant crystalli.

Collectis crystallis, repetantur decantatio, filtratio, evaporatio, concretio, donec nullæ fiant Crystalli.

CRYSTALLI LUNÆ.

℞. Argenti purissimi vulgò *de Coupelle*, . uncias duas.
Solve in
Spiritûs Nitri optimi, ... unciis sex.

Fiat evaporatio igne leni ad quartæ partis consumptionem. Repone ad crystallisationem; repete donec Crystallos omnes exhauseris.

LAPIS INFERNALIS.

℞. Crystallorum Lunæ, . . . quantum volueris.

Mitte in crucibulum germanicum amplum; leni igne tumet primùm materia, tum subsidet, dein aucto igne instar Olei liquescit. Effunde in modiolum fusorium (gallicè *Lingotiere*) priùs calefactum seboque litum. Con-

creta maſſa eximatur & ſervetur in vaſe ritè obſerato & loco ſicco.

ALUMEN TINCTUM.

℞. Aluminis rupei, ... uncias duas.
Sanguinis Draconis, ... unciam unam.

Liquefiat Alumen in ſcutella ſuper prunas. Illicò adde Sanguinem Draconis tenuiſſimè pulveratum. Agita ſuprà ignem lentum, donec ritè miſceantur. Refrigeratam maſſam ſerva.

Vel ex eâdem adhuc calente formentur pilulæ.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 417 sur 489

SALIA ALKALIA.

SAL TARTARI.

℞. Tartari crudi, triti, ... quantum vis. Corniculis papyraceis madentibus include; fiat ſtratum ſuper ſtratum cum carbonibus. Igne aperto calcina ad albedinem. Ex maſſâ calcinatâ fiat lixivium, filtra, vaporet ad ſiccitatem.

OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM.

℞. Salis Tartari, ... quantum vis. Exceptum paropſide fictili repone in loco humido; faceſcet in liquorem, quem filtratum ſerva.

NITRUM FIXATUM.

℞. Nitri puriſſimi, ... libram unam. Liqueſcat in crucibulo capaci. Projice Carbonis pulverati, ... cochlear unum.

Peractâ detonatione alterum cochlear projice. Repete, donec Nitrum nec ampliùs fluat, nec detonet. Nitrum adhuc calens è crucibulo exemptum aquâ calente ſolve, filtra, vaporet ad ſiccitatem, & obtinebis Nitrum Fixatum: quod quidem ſal in cellâ vinariâ liquatum colliqueſcit in humorem, qui filtratus Glauberi ALKAEST dicitur.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 418 sur 489

NITRUM EX TARTARO FIXUM.

℞. Nitri depurati, ...
Tartari crudi pulveratorum & exsiccatorum, . . } ana quantum volueris.

Misce in mortario ferreo. Materiam accende carbone candente. Factâ detonatione massam solve in

Aquæ communis, . . . quantitate sufficienti.

Filtra, vaporet ad siccitatem; idque in cellâ liquatum Helmontii ALKAEST esse perhibent.

LAPIS CAUSTICUS.

℞. Cinerum clavellatorum, ... libras duas.
Calcis vivæ, ... libram unam.

Mitte in vas idoneum. Paulatim affunde

Aquæ ferventis, ... libras sexdecim.

Fiat lixivium. Cola per chartam emporeticam fultam linteo. Colatura vase æneo excepta vaporet igne aperto ad siccitatem. Calcina in crucibulo, donec in fluorem oleaginosum abeat. Tum massa in patinam vel marmor calidum effusa, lentescens adhuc in frustula secetur; diligenter in vase vitreo ritè obturato & loco sicco reponatur.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 419 sur 489

SALIA LIXIVIALIA.

SAL FIXUM PLANTARUM.

℞. Herbarum virentium & maturarum cum ſtipitibus, ... quantum volueris.

Igne aperto comburantur in cineres; ex iis ad albedinem calcinatis fiat Lixivium. Filtra, vaporet ad ſiccitatem. Solve ex aquâ purâ. Filtra, vaporet iterùm ad ſiccitatem; ſic Sal magis nitet.

SAL PLANTARUM, TACHENII METHODO PARATUM.

℞. Plantæ cujuslibet recèns collectæ, ... quantùm volueris.

Injice in cacabum ferreum, operculo munitum; Ignem admove ita temperatum ut lentiſſimè comburatur Planta & in Carbonem vertatur, fumos quidem emittendo quàmplurimos, ſed nullâ erumpente flammâ. Deinde auferatur operculum, & igne continuato uſtuletur Carbo mox paratus, cavendo imprimis ne ſcintillando flammas emittat, maſſamque indeſinenter agitando virgâ ferreâ, quandiu aliquid remanſerit Carbonis in cineres nondum converſi. Cinis ille omnis per unam alteramve horam ulteriùs candeſcat, aſſiduòque agitetur. Poſteà cum aquæ puriſſimæ ſextuplo pondere fortiſſimè bulliat; Lixivium fervens coletur per linteum; colatura vaporet in vaſe ferreo ad ſiccitatem, ſummâ curâ ſub finem movendo, ne vaſis fundo adhæreat. Maſſa obtinebitur Salina, ſapore acris, colore ſubfuſca, in aëre humido deliqueſcens, facilè in Tabellas formanda, ſi priùs crucibulo commiſſa, & ignis vi fluida facta, in tabulam marmoream projiciatur.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 420 sur 489

SAPONES.

SAPO ALBUS.

℞. Calcis vivæ fruſtulatim effractæ, . libras quinque.
Cinerum Kali Hiſpanici pulverati, . libras decem.
Bulliant in vaſe ferreo cum
Aquæ communis, . . ſufficienti quantitate.
Coletur lixivium. Vaporet uſquedum vas continens aquæ communis drachmas octo, contineat hujus lixivii concentrati drachmas undecim. Tum repone ad ſubſidentiam in vaſe vitreo clauſo.

℞. Hujus lixivii, ... partem unam.
Olei Amygdalarum dulcium, vel
Olivarum, ... partes duas.
Miſce in vaſe terreo vitrato, ſæpiùs agitando ſpatulâ ligneâ, donec materia ſpiſceſcat. Poſt aliquot dies identidem agitato, in Saponem coaleſcet.

SAPO TARTAREUS.

℞. Nitri ex Tartaro fixi calentiſſimi, . ſemi libram.
Citò in pulverem tenuiſſimum in mortario ferreo calente redige. Poſteà mitte in ollam fictilem. Affunde
Spiritûs Terebinthinæ circiter. . . uncias quatuor.
Agita ſpathâ ligneâ aut eburneâ. Vas papyro obtege. Sufficientem Spiritûs Terebinthinæ quantitatem cras affunde. Idque toties repete (materiam identidem movendo) dum Sal ſpiritu Terebinthinæ penitùs ſaturatum fuerit, & in unam eandemque ſubſtantiam coierit. Tunc habebis maſſam mollem, albicantem & unguinoſam.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 421 sur 489

SALIA NEUTRA.

TARTARUS SOLUBILIS,
SAL VEGETABILE DICTUS.

℞. Salis Tartari, ... uncias ſex.
Diſſolve in
Aquæ communis calentis, . libris quatuor & ſemis.
Tum adde
Cremoris Tartari tenuiſſimè pulverati circiter, . . uncias duodecim, ſcilicet ad punctum ſaturationis.
Bulliant leviter. Liquorem refrigeratum cola. Vaporet ad ſiccitatem, vel ad pelliculam, ut cryſtalli concreſcant.

SAL POLYCHRESTUM SOLUBILE,
vulgò, DE SEIGNETTE.

℞. Cinerum Kali Alicantini, . . quantum volueris.
Ex his ſecundùm artem, lixiviorum ope extrahatur Sal, quod ad fuſionem uſque calcina, ut ex eo ſulphur auferatur. Solve & filtra, cryſtallos obtinebis albas & puriſſimas. Tum

℞. Cremoris Tartari, ... uncias viginti.
Superaffunde
Aquæ bullientis, ... libras quatuor,
& adde
Cryſtallorum Kali circiter, . . . libram unam,
vel quantum ſufficit ad punctum ſaturationis.
Tunc ſolutio vaporet Balneo-maris, filtra & repone in loco frigido ut concreſcant cryſtalli.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 422 sur 489

TERRA FOLIATA TARTARI.

℞. Salis Tartari puriſſimi, . . . partem unam.
Inde in cucurbitam vitream. Affunde
Spiritûs Aceti acerrimi circiter, . partes ſexdecim, ſcilicet ad punctum ſaturationis. Vaporet igne leniſſimo, vel diſtilletur ad ſiccitatem. Perfectè ſaturatum erit ſal, ſi huic affuſum acetum non ampliùs fermenteſcat, ſin minùs iterùm affunde Spiritûs Aceti ſufficientem quantitatem ad punctum ſaturationis, & procede ut ſuprà. Tum maſſam ſolve in
Spiritûs vini, ... ſufficienti quantitate.
Filtra, vaporet ad ſiccitatem. Solutionem & evaporationem repete, donec materia ſuperſit ſicca & foliacea.

TARTARUS CHALYBEATUS.

℞. Tartari albi crudi pulverati, . . libram unam.
Limaturæ ferri præparatæ, . . uncias quatuor.
Miſce. Bulliant in
Aquæ communis circiter, . . . libris duodecim.
Soluto Tartaro, liquorem calidè filtra per manicam.
Repone in cellâ ut cryſtalli concreſcant. His exemptis bulliat iterùm liquor, vaporet ad pelliculam, procede ut ſuprà, donec omnes cryſtallos obtinueris.

TARTARUS CHALIBETUS SOLUBILIS.

℞. Tartari ſolubilis, ... uncias quatuor.
Tincturæ Martis tartariſatæ, . . . libram unam.
Vaporent ſimul igne arenæ in vaſe ferreo vitrato ad ſiccitatem. Reſiduum Sal in vaſe ritè obturato ſerva.

Nota. Parari poteſt cum Sale Polychreſto ſolubili, & tunc difficiliùs liqueſcit.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 423 sur 489

TARTARUS EMETICUS.

℞. Vitri Antimonii, ... } ana ſemi libram.
Hepatis Antimonii cum ejuſdem ſcoriis, ... }
Cremoris Tartari, ... libram unam.

Fiat Pulvis. Inde in ollam fictilem vitratam cum
Aquæ communis, . . . ſufficienti quantitate
Bulliant per horas duodecim, addendo identidem aquam ferventem. Calens liquor filtretur, vaporet ad ſiccitatem.

PANACEA ANTIMONIALIS.

℞. Butyri Antimonii rectificati, . . ſemi libram.
Cryſtallorum Tartari pulveratarum, . libram unam.

In matratio permixtis affunde
Aquæ communis, ... libras ſex.
Bulliant ſimul per horas octo; partitis vicibus inſtilla
Olei Tartari per deliquium, . . libram unam.

Ebullitione ſedatâ, calidus filtretur liquor. Vaporet ad ſiccitatem. Repone in cellâ; liqueſiat. Filtratum liquorem in vaſe obturato reconde.

TARTARUS VITRIOLATUS.

℞. Olei Tartari per deliquium, . . quantum vis. Inde in cucurbitam vitream. Affunde guttatim ſpiritum Vitrioli rectificatum & limpidum, ad punctum ſaturationis. Sedatâ efferveſcentiâ fiat evaporatio igne leni ad pelliculam. Repone in cellâ ut cryſtalli concreſcant. Liquorem effunde, vaporet denuò ad pelliculam, addendo priùs nonnihil Salis Tartari. Repone ut concreſcant novæ cryſtalli. Cryſtallos omnes collectas aquâ leviter ablutas exſicca & ſerva ad uſum. Nec Tartarus vitriolatus ſervetur in officinis niſi cryſtalliſatus.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 424 sur 489

SAL DE DUOBUS,
SIVE ARCANUM DUPLICATUM.

℞. Nitri, ... } ana partes æquales.
Vitrioli Martis, ... }

Calcina igne aperto, usquedum materia Colcotharis colorem induerit, & nulli vapores exhalent. Tum solve in

Aquæ ferventis, . . . sufficienti quantitate.

Filtra. Affunde guttas aliquot Olei Tartari per deliquium ut si quæ superstint partes metallicæ præcipitentur. Iterùm filtra & vaporet ad pelliculam ut crystalli albæ concrescant.

SAL PRUNELLÆ, SEU CRYSTALLUS MINERALIS.

℞. Nitri puri, ... libras quatuor.

Mitte in crucibulum igni impositum, Nitro liquefacto, injice per vices

Florum Sulphuris, ... semi-unciam.

Deflagratione peractâ, crucibulo parùm refrigerato, Nitrum in pelvim effunde, continuò versandum ut expandatur. Exemptum serva.

SAL POLYCRESTUM.

℞. Nitri pulverati, ... } ana libras duas.
Florum Sulphuris, ... }

Mixta per vices projice in crucibulum candens, nec nova projiciatur materia, quin prior prorsùs deflagraverit. Absolutâ deflagratione per horam ignem urge. Massam refrigeratam & ex aquâ calente solutam filtra. Vaporet ad pelliculam, & crystallos ex arte para. Servetur etiam illud Sal in officinis crystallisatum. Crystallorum enim figuræ Salis indolem indicant.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 425 sur 489

SAL MIRABILE GLAUBERI.

℞. Salis marini ex aquâ ſoluti & repurgati, libram unam.
Olei Vitrioli, ... uncias duodecim.

Miſce in vaſe idoneo, & diſtillentur ex arenâ; prodibit ſpiritus Salis. Maſſam in retortâ ſuperſtitem exime, & calcina igne aperto, donec nulli fumi percipiantur. Affunde aquam ferventem, & filtra. Solutio vaporet ad pelliculam. Tum quietè in cryſtallos concreſcat.

SAL SEDATIVUM.

℞. Salis Colcotharis ex vitrioli diſtillatione ſuperſtitis. . . . . uncias duas.

Solve in
Aquæ ferventis, . . . quantitate ſufficienti.
Boracis tritæ, ... uncias duas.

Solve pariter in
Aquæ ferventis, ... quantitate ſufficienti.

Solutiones miſce. Sinas reſidere. Filtra. Mitte in cucurbitam vitream humilem & latioris fundi. Vaporent ad pelliculam. Tunc capitellum & receptaculum adapta. Diſtilla igne arenæ ad ſiccitatem. Omnis aqua elicita abjicitur, exceptis quatuor ultimis unciis quæ ſervabuntur. Cum nihil humoris ſtillat ampliùs, Sal volatile ſublimatur nivis inſtar. Finitâ ſublimatione, vaſis refrigeratis, flores excipe. Ex unciis quatuor liquoris ſuprà aſſervati fiat cohobatio cum materiâ in fundo cucurbitæ reſiduâ. Diſtilla & liquorem ſerva. Sublima ut ſuprà, & hæc ſublimatio erit priori copioſior. Cohobationes, diſtillationes & ſublimationes repete, donec nulli ampliùs ſublimentur flores.

Idem Sal parari poteſt ex parte unâ Olei Vitrioli, loco Salis Colcotharis, & ex duabus tribuſve partibus Boracis aquâ communi ſolutis. Si poſt unam aut alteram ſublimationem, materia ſuperſtes in aquæ communis ſufficienti quantitate ſolvatur, filtretur, & vaporet, tunc concreſcent

cryſtalli ſub ſole exſiccandæ, & aquâ limpidâ ac frigidâ abluendæ. Sic obtinebis Sal ſedativum per cryſtalliſationem.

Flos ſive farina, quâ iſtæ cryſtalli calore ſolis operiuntur, & quæ aquâ ſolvitur, verum eſt SAL MIRABILE GLAUBERI.

SAL FEBRIFUGUM SYLVII.

℞. Materiæ ſuperſtitis à diſtillato Spiritu volatili Salis Ammoniaci cum Sale Tartari, . . uncias octo.
Solve in
Aquæ calentis, ... ſufficienti quantitate.
Filtra. Evaporatio fiat ad pelliculam. Reponatur ad cryſtalliſationem. Habebis Sal Febrifugum.

SAL ET MAGISTERIUM CORRALLIORUM.

℞. Coralliorum rubrorum pulveratorum, ... quantum volueris.

Mitte in matratium. Affunde Spiritum Aceti ad eminentiam quatuor digitorum. Peractâ efferveſcentiâ digere ex arenâ per duos treſ-ve dies, liquorem decanta; filtra; fiat evaporatio ad ſiccitatem igne leniſſimo, & Salem habebis.

Magiſterium verò obtinebis, ſi mediante Oleo Tartari ad quantitatem ſufficientem, ex prædictâ ſolutione præceps fiat Pulvis albiſſimus, aquâ communi dulcorandus multoties, tumque ſiccandus.

Simili modo parari poſſunt

Magiſteria & Salia Oculorum Cancrorum,
Margaritarum,
Matris Perlarum.

SAL SATURNI.

Vide *ACETUM*; vel *SAL SATURNI*, pag. 250.

LAPIS

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 427 sur 489

LAPIS DIVINUS, SEU OPHTALMICUS.

℞. Vitrioli cærulei Cyprini, nitidi,
Nitri, ... } ana uncias sex.
Aluminis rupei, ... }

Exactè pulverata & mixta indas matratio: liquefiant ex arenâ. Liquefactis adde

Camphoræ pulveratæ, . . . drachmas duas.

Massa refrigerata, effracto vase, extrahatur & servetur.

LAPIS MEDICAMENTOSUS.

℞. Vitrioli ad rubedinem calcinati, . . uncias duas.
Lithargyri, ... }
Boli Armenæ, ... } ana uncias quatuor.
Aluminis, ... }

Impositis in ollâ fictili vitratâ affunde

Aceti acerrimi, ... quantum satis,

ad supereminentiam duorum digitorum.

Vase obturato macerentur per duos tres-ve dies, identidem materiam agitando. Tum adde

Salis Nitri, ... uncias octo.
Salis Ammoniaci, ... uncias duas.

Coque igne lento ad exsiccationem. Massam exsiccatam superstitem calcina igne vehemente per horam. Exime & serva ad usum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 428 sur 489

CROCI.

CROCUS MARTIS,
vulgò, APERIENS.

℞. Limaturæ ferri, ... quantum volueris.
Rori exponatur, vel aquâ pluviali identidem irroretur, donec in rubiginem faceſſat, ſuprà porphyritem lævigandam.

CROCUS MARTIS APERIENS CUM SULPHURE.

℞. Limaturæ ferri nitidæ, . }
Florum Sulphuris, . . } ana partes æquales.
Ex his fiat maſſa cum
Aquæ, ... ſufficienti quantitate.
Maſſam hanc mitte in vas conveniens. Stet in fermentatione quinque horarum ſpatio. Tunc materiam igne acerrimo calcina, ſæpiùs ſpathâ ferreâ movendo, donec colorem purpureum acquiſierit. Serva ad uſum.

CROCUS MARTIS,
vulgò, ASTRINGENS.

℞. Limaturæ ferri, ... quantum vis.
In ollâ terreâ igne reverberii continuò per plures horas calcinetur, donec in pulverem rubicundum abierit, qui multoties aquâ ablutus & exſiccatus lævigetur.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 429 sur 489

ÆTHIOPS MARTIALIS.

℞. Limaturæ Chalybis aut ferri puriſſimæ, ... quantùm placuerit.

Mitte in vas latum, vitreum aut teſtaceum. Superaffunde aquam communem optimè repurgatam, ad ſupereminentiam ſex digitorum. Singulis diebus ſpatulâ ligneâ aut ferreâ limaturam ſubter aquam ſusdèque vertas, & novam aquam adjice, ut nullo non tempore limaturæ eâdem quantitate ſuperemineat. Quod ni feceris diligenter, Ferrum in grumos concreſcet, non facile conterendos, & operam perdes. His ita per plures hebdomadas repetitis, pulvis nigerrimus & ſubtiliſſimus turbabit aquam ſupernatantem, quam ſic turbidam in filtrum conjicies, ac ſedulò colliges ſedimentum, probè ac celeriter exſiccandum in pulverem egregiè tenuem.

Nota. Breviùs adhuc & faciliùs parari poteſt pulvis ille Martialis niger, ope Machinæ, ita diſpoſitæ, ut motu indeſinenti agitetur limatura Ferri aquæ immerſa.

GLOBULI MARTIALES.

℞. Limaturæ ferri præparatæ, . . partem unam.
Tartari albi pulverati, ... partes duas.

Miſce in cucurbitâ; affunde Aquam vitæ ad eminentiam digiti; radiis ſolaribus, vel Balneo-maris digere ad ſiccitatem. Maſſæ exſiccatæ & pulveratæ iterùm Aquam vitæ affunde. Digere ut ſuprà, idque toties repete, donec maſſa exſiccata quaſi reſinoſa appareat. Ex hac maſſâ Globulos efformabis ad ovi magnitudinem.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 430 sur 489

KERMES MINERALE.

℞. Antimonii Hungarici in fruſtula effracti, ... libras quatuor.
Nitri fixati, ... libram unam.
Aquæ pluvialis, ... libras octo.

Inde in vas fictile vitratum : bulliant per horas duas igne æquali & moderato. Liquoris ferventis duos trientes filtra. Tertio ſuperſtiti affunde

Aquæ pluvialis ferventis, . . . libras quinque.
Nitri fixati, ... uncias duodecim.

Bulliant ut ſuprà. Filtra iterùm duos liquoris trientes. Tertio adhuc ſuperſtiti affunde

Aquæ pluvialis ferventis, . . . libras quinque.
Nitri fixati, ... uncias octo.

Bulliant ut ſuprà. Totum liquorem ferventem filtra. Miſce in vaſe terreo omnes filtratos liquores. Quieſcant per viginti quatuor horas; liquor decantetur. Pulvis reſiduus rubens, ſuper papyro emporeticâ expanſus, edulcetur affusâ identidem aquâ, donec inſipida exudet. Pulvis exſiccatus mittatur in fictile, cui affuſa Spiritûs vini rectificati ſufficiens quantitas accendatur, ut artis eſt, quod bis repetendum.

ÆTHIOPS MINERALIS.

℞. Mercurii crudi è Cinnabari redivivi, . unciam unam.
Florum Sulphuris, ... uncias duas.

Tere in mortario vitreo piſtillo vitreo, donec mercurius fiat inconſpicuus, & pulvis intensè nigreſcat.

CINNABARIS ANTIMONII.

℞. Maſſam ſuperſtitem ex Butyro Antimonii cum unâ parte Antimonii crudi & duabus ſublimati corroſivi confecto. Retortâ receptaculo ſuo inſtructâ exceptam ur-

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 431 sur 489

gebis igne arenæ, donec in Cinnabarim evehatur, quæ collo adhærens detrahetur; ex aquâ elue; tum novâ ſublimatione rectificata ſervabitur.

CINNABARIS FACTITIA.

℞. Florum Sulphuris, ... ſemi libram. Liquefiant in patellâ terreâ ſuper carbonibus. Statim adde

Mercurii ex corio depluentis, . . libras duas.

Agita perpetuò ſpathâ ferreâ, donec ambo coëant, & mercurius penitùs fiat inconſpicuus. Maſſam hanc pulveratam in mortario vitreo, ſublima in vaſe idoneo, igne aperto per gradus aucto. Sublimationem ſemel & iterùm repete.

MAGISTERIA.

MAGISTERIUM SULPHURIS.

℞. Florum Sulphuris, ... uncias quatuor.
Salis Tartari, ... uncias duodecim.
Mixta, inde fictili vitrato. Affunde
Aquæ puræ, ... libras octo.
Vase cooperto bulliant, donec liquor rubescat. Solutionem filtra. Instilla acetum distillatum, & fiat LAC SULPHURIS. Stet, præceps agetur pulvis albus, liquorem limpidum decanta. Magisterium hinc emergens aquâ purâ multoties elue, & in umbrâ exsicca.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII,

℞. Scorias Reguli Antimonii.
Coque in aquâ uberrimâ per semi-horam. Filtra. Colaturæ instilla acetum, & præcipitabitur Sulphur Auratum, quod pluries abluendum est.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

℞. Mercurii è Cinnabari redivivi, . uncias qnatuor.
Spiritûs Nitri, ... uncias sex vel
. . . . . sufficientem quantitatem.
Mercurium mitte in matratium. Affunde Spiritum Nitri. Absolutâ dissolutione,

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 433 sur 489

℞. Aquæ communis, ... libram unam.
Salis marini, ... uncias duas.

Filtra; Affunde diſſolutioni Mercurii, fiet præcipitatio, cui ut abſolvatur adde

Aquæ communis, ... libram unam.

Præcipitato Mercurio in pulverem album, liquorem decanta, repetitis ex aquâ purâ lotionibus pulverem edulca, in umbrâ ſiccandum.

Simili modo paratur

Magiſterium Biſmuthi.

PRÆCIPITATUS RUBER.

℞. Mercurii è Cinnabari redivivi, . . libram unam.
Spiritûs Nitri, ... uncias octodecim vel
. . . . . quantitatem ſufficientem.

Mitte in matratium. Arenæ tepenti impone. Diſſolutione peractâ, fiat evaporatio ad ſiccitatem. Carbonibus vivis materiam calcina ad rubedinem intenſam. Exime & ſerva.

ARCANUM CORALLINUM.

℞. Mercurii præcipitati rubri, . . . quantum vis.

Calcina in matratio per aliquot horas, dum matratium excandeſcat. Remove ab igne. Materiæ pulveratæ affunde Spiritum vini rectificatum ad eminentiam tranſverſi digiti. Accende. Quod quidem ſæpiùs repete, ita ut ſingulis vicibus Spiritus vini ad ſiccitatem deflagret.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS FLAVUS, SEU TURPETHUM MINERALE.

℞. Mercurii è Cinnabari redivivi, . } ana uncias duas.
Olei Vitrioli rectificati, . . . }

Mercurium mitte in retortam. Affunde Oleum Vitrioli.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 434 sur 489

Vas impone igni arenæ, dum bulliat liquor; peractâ dissolutione vaporet ad siccitatem, aucto igne. Materiam exemptam tere in mortario vitreo, tritam conjice in aquam calentem. Præcipitatum pulverem flavum aquæ lotionibus repetitis edulca, sicca & serva.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS VIRIDIS.

℞. Mercurii è Cinnabari redivivi, . . uncias duas.
Cupri limaturæ, ... semi-unciam.
Seorsim dissolve in
Aquæ fortis, ... quantitate sufficienti.

Dissolutionibus mixtis, vaporando, abstrahe Aquam fortem. Igne aucto materiam calcina. Exemptam & pulveratam in Aceto distillato digere igne arenæ per unum & alterum diem. Ultimò bulliat Acetum per unam circiter horam. Filtra. Materiæ supestiti novum Acetum distillatum adde. Digere ut suprà, & filtra. Liquores filtrati mixti vaporent ad *Mellaginis* consistentiam, quæ refrigescendo indurata, in vase vitreo clausa servabitur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS PER SE.

℞. Mercurii è Cinnabari redivivi, . quantum vis.
Depone pluribus in ampullis fundo planis, eâ quantitate ut uniuscujusque ampullæ fundus tantummodò obtegatur. Ex arenâ digere, igne sensim per gradus aucto, per mensem & ultrà, dum veluti bulliat, & pulverem subrubrum obtineueris. In Mercurium superstitem, superiorem processum repete, donec omnis Mercurius in pulverem rubicundum abierit.

PULVIS ALGAROTH,
SEU MERCURIUS VITÆ.

℞. Butyri Antimonii rectificati, . . quantum vis.
Affunde
Aquæ

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 435 sur 489

Aquæ tepentis, . . quantitatem sufficientem.
Præcipitabitur Pulvis albus, qui impropriè Mercurius vitæ dicitur, aquâ pluries edulcandus, tum siccandus.

Nota. Aqua primò ad præcipitationem adhibita, si seorsim servetur, vulgò SPIRITUS VITRIOLI PHILOSOPHICUS dicitur.

MAGISTERIUM ET SAL CORALLIORUM.

Vide *SAL ET MAGISTERIUM CORALLIORUM*, pag. 264.

RESINA JALAPPÆ.

℞. Jalappæ contusæ, ... libram unam.
Spiritûs vini rectificati, ... libras tres.
Digere ex arenâ per viginti-quatuor horas. Filtra. Superstiti materiæ novum affunde Spiritum vini. Digere ut suprà. Filtra. Repete, donec nullo colore tinctus Spiritus vini extrahatur. Tincturæ misceantur. Vaporent ad medias. Deindè in aquam frigidam projiciantur. Lacteſcet mixtura, & præcipitatur Magisterium. Liquorem decanta. Magisterium aquâ ablue multoties. Exsicca & serva.

Simili modo parantur

Resinæ Agarici,
Colocinthidos,
Scammonii,
Turpethi,
Mechoacan,
Guayaci,
Ligni Aloes,
Zedoariæ,
Ladani, &c.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 436 sur 489

REGULI.

REGULUS ANTIMONII.

℞. Antimonii crudi, ... libram unam.
Tartari crudi, ... uncias duodecim.
Nitri puri, uncias ſex.

Seorſim & tenuiſſimè trita, mixtaque in crucibulum candens cochleatim injice, ſingulis vicibus detonent cooperto crucibulo. Omni detonatione peractâ augeatur ignis, donec fluida fiat materia. Hanc fluentem in conum ferreum calefactum illitumque ſebo effunde. Concute conum. Solideſcet materia. Regulum exime à ſcoriis ſeparandum ictu mallei.

REGULUS ANTIMONII MARTIALIS.

℞. Apicum clavorum ferreorum, . . uncias octo.
Antimonii Hungarici pulverati, . libram unam.

Clavi candefiant in crucibulo, Antimonium mitte in crucibulum. Liquefiant. Projice paulatim in fuſam maſſam

Nitri, ... uncias tres.

Ad fuſionem perficiendam. Tum in conum ſebo illitum & calefactum materiam effunde. A Scoriis Regulum ſepara. Teratur. Liquetur additis

Nitri, ... unciis tribus.
Antimonii pulverati, ... unciis duabus.

Id quod ſemel & iterùm repete, omiſſo Antimonio.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 437 sur 489

REGULUS JOVIS.

℞. Stanni Anglicani optimi, ... uncias tres.
Reguli Antimonii triti, ... uncias duas.

Liquefiat Regulus in crucibulo. Tum injice Stannum. Materiam liquatam ſtatim effunde in conum fuſorium, ſebo litum, ut abeat in Regulum.

REGULUS VENERIS.

℞. Cupri puriſſimi, vulgò DE ROSETTE, } ana uncias tres.
Reguli Antimonii triti, ... }

Cuprum in fruſtula diviſum excandeſcat in crucibulo: tum injice Regulum. Materiam liquatam effunde in conum fuſorium, ſebo litum, ut abeat in Regulum.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 438 sur 489

CALCES ET CALCIFORMIA.

ALUMEN USTUM.

Vide. *ALUMINIS USTIO*, pag. 11.

PLUMBUM USTUM, SEU CALX PLUMBI.

Vide. *CALCINATIO PLUMBI*, pag. 11.

CERUSSA ET PLUMBUM CALCINATUM ALBUM.

℞. Saturni in tenues lamellas redacti, ... quantum volueris.

Suspende ad perpendiculum intra vas fictile vitratum, in cujus fundo fuerit acetum acerrimum fervens, ita ut hujus vapore solummodò madeant. Obturato vase digerantur in fimo equino per tres septimanas. Plumbum pulvere albo efflorescet. Pulverem à lamellis abrade, qui erit vera Cerussa. Processum repete, si lubet; si verò omissâ abrasione lamellæ penitùs calcinatæ fuerint, ita ut albæ omninò remaneant & fragiles, tunc habebis Saturnum calcinatum album.

Codex medicamentarius, seu Pharmacopœa Parisiensis, ex mandato facultatis ... - page 439 sur 489

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

℞. Reguli Antimonii, ... partem unam.
Nitri puriſſimi, ... partes duas.

Pulverata miſce. Cochleatim injice in crucibulum candens, ſingulis vicibus detonent. Peractâ omni detonatione augeatur ignis per duas circiter horas. Iis elapſis aufferatur maſſa alba adhuc calens. Refrigerata tundatur in pulverem edulcorandum aquæ frigidæ lotionibus pluries repetitis donec aqua nullo ſapore imbuatur.

Nota quod Maſſa alba ſervari quoque poteſt in vaſe vitreo accuratè clauſo, abſque lotione, & erit DIAPHORETICUM MINERALE NON LOTUM.

ANTIHECTICUM POTERII.

℞. Reguli Antimonii Martialis, } ana unciam unam.
Stanni Anglicani, . . . }

Liquefiant ſimul in crucibulo. Refrigerata comminue in pulverem tenuem. Adde

Nitri puriſſimi, ... uncias ſex.

Simul contrita detonent in crucibulo per vices, & calcinentur ut in Antimonio Diaphoretico factum eſt. Materiem calcinatione ex cinereo albeſcentem projice in aquam calentem, poſt ſex horas renovandam. Repete lotiones dum aqua inſipida ſuperſit. Exſiccatum pulverem ſerva ad uſum.

BEZOARDICUM MINERALE.

℞. Butyri Antimonii rectificati, . . uncias duas.
Affunde

Spiritûs Nitri optimi, ... uncias ſex,
. . . . . vel ſufficientem quantitatem,

ut ceſſet effervescentia. Ternis cohobiis diſtilla. Calcina

materiam per ſemi-horam. Aquâ ablue, ſicca, & ſerva ad uſum.

MAGNESIA ALBA.

℞. Aquæ Matris Nitri, ... quantum vis. Vaporet ad ſiccitatem. Materiam ſuperſtitem calcina, & in pulverem redactam multoties ablue aquâ tepidâ, uſquedum penitùs inſipida evaſerit. Tum ſicca & ſerva.

AURUM FULMINANS.

